Diſputatio Medica de Obſtructionibus, reſpondente Ioanne Henero Lindoenſi. Tubingæ, 1583, in 4.

Diſputatio de Tuenda Sanitate, reſpondente Ioanne Georgio Ieniſch. Tubingæ, 1583, in 4.

Diſputatio Medica, de Capite & Cerebro Hominis ejuſque Temperamento. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1581, in 4.

Methodus Medendi. Ibid. 1584.

Diſputatio de Morbis Materiæ Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1584, in 4.

Diſputatio de Morbis Formæ. Ibidem.

Diſputatio de Morbis Temperamenti. Ibidem.

Diſputatio de Paralyſi. Ibidem.

ANDREAS POSTHUMUS, *à Graſenberg*

Septem ad Sarmatas Dialogus. In quo Novæ Po Kutienſis Luis, quam Cirrorum morbum vocant, Natura, & Eſſentia examinatur. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1600, in 4.

ANDREAS ROSLERUS

Epiſtolæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Norimbergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREAS TENTZELIUS

Exegeſis Chymiatrica. Extat cum Angeli Salæ Ternario Bezoardicorum, edito Erforti, apud Ioannem Bircknerum, 1628, in 8.

Medicina Diaſtatica in tractatum tertium de Tempore, ſeu Philoſ. D. Theoph. Paracelſis. Ienæ, apud Ioan. Bircknerum, 1629, in 16.

ANDREAS THURINUS, *Piſcienſis, Florentinus Medicus, & Philoſophus inſignis. Phyſicus Clementis* VII. *& Pauli* III. *Pontificum. Ludovici* XII, *& Franciſci Valeſii, Regum Franciæ. Floruit A. C.* 1537. *Iuxta Renat. Moreau vixit A. C.* 1526.

Opera. Romæ, apud Hier. de Cartulariis, 1545, in fol.

Operum Index.

Epiſtola ad Matthæum Curtium de loco incidendæ venæ in pleuritide.

Liber de Sanguinis miſſione in pleuritide contra adverſarium, & Briſſotum, & Manardum.

Reſponſiones libello Matthæi Curtii de Sanguinis miſſione in pleuritide.

De Embrocha ſive irrigatione contra Medicos Florentinos.

De Cauſis dierum Criticorum contra excellentiſs. Virum Hieronymum Fracaſtorium.

De bonitate aquarum, fontium, & ciſternæ.

An in fluxu muliebri, & ſanguinis aquoſi ſuperflui menſtrualis, competant vere provocantia urinam.

An in omni febre putrida competat phlebotomia.

Epiſtola ad Clementem VII, de Cœna & Prandio.

Quæſtio excellentiſſimi Dini Florentini, de Cœna & Prandio, nunquam antea impreſſa.

Seorſim extant:

Defenſio contra Marcum Antonium Montiſianum Geminiatenſem, Quod non in omni febre putrida conveniat miſſio ſanguinis. Romæ, apud Hieron. de Cartulariis, 1549, in fol.

De Curatione Pleuritidis per venæſectionem. Addita eſt doctiſſima ejuſdem Epiſtola ad Matthæum Curtium. Adjecta inſuper eſt ejuſdem de Cœna & Prandio, utilis Diſceptatio. Lugduni, apud Michaelem Parmanterium, 1597, in 4.

Hippocratis & Galeni defenſio de cauſis dierum criticorum, adverſus Hier. Fracaſtorium. Bononiæ, 1543, in 4.

De Embrocha nova, ſeu Duecia artificiali, qua utuntur Florentini ad varios morbos. Lugduni, apud Mich. Parmanterium, 1537, in 4.

De bonitate aquarum, fontanæ & ciſternæ. Bononiæ, 1541, in 4.

Reſponſiones contra Matthæum Curtium de vena in pleuritide ſecanda. Bononiæ, 1543, in 4.

Epiſtola contra eundem Curtium, de eodem argumento, ſcripta. Pariſiis, apud Aſcenſium, 1538, in 4.

De Curatione pleuritidis per venæ ſectionem. Addita eſt Epiſtola ad Matthæum Curtium. Et ejuſdem de Cœna & Prandio utilis diſceptatio. Lugduni, apud Mich. Parmanterium, 1537, in 4.

Medica diſceptatiuncula adverſus opinionem Matthæi Curtii, de Cœna & Prandio. Pariſiis, apud Aſcenſium, 1535, in 8.

ANDREAS TIRAQUELLUS

Operis de Nobilitate Cap. XXXI de Medicina agitur. In quo potiſſimum

tiſſimum & fuſiſſime hæc argumenta, quaſi juſto libro tractantur. An Ars Medicinæ nobilitati deroget: Sancti qui Medici, aut Medicina uſi: Angeli Medici: Reges Medici: Imperatores Medici: Summi Pontifices Medici: Poëtæ Medici: Philoſophi Medici: Medicamentorum ſecundum omnes qualitates vires alphabeti ordine: Medicorum per Alphabetum Nomenclatura: Veterinarii Medici: Fœminæ Medicæ: Quæ contra Medicos dici ſolent, aut poſſunt: Reſponſio ad objecta: An Agricultura nobilitati deroget. Impreſſum eſt hoc opus Baſileæ, apud Frobenium, 1561, in fol.

ANDREAS TREVISIVS, *Fondanenſis*

Tractatus de cauſis, natura, moribus ac curatione peſtilentium febrium vulgo dictarum. Mediolani, 1595, in 4.

ANDREAS VESALIVS, *Bruxellenſis, Gymnaſii Patavini egregium lumen, & Anatomes illuſtrator omnium conſummatiſſimus. Archiater Caroli V Imperatoris. Floruit A. C. 1530. Juxta Renat. Moreau 1539.*

De humani corporis fabrica libri ſeptem. Baſileæ, apud Ioa. Oporinum, 1543, 1555, 1563. in reg. fol. elegantiſſimis ligno inciſis Iconibus adornati. Venetiis, apud Franciſcum de Franciſcis, 1568, in fol. apud Societatem, 1604, in fol. Lugduni, apud Ioan. Tornæſium, 1552, in 16, ſine figuris, 2 voll.

Epitome Colon. apud Buxmacherum, 1600, in fol. cum figuris æneis.

Anatomicarum Gabrielis Fallopii Obſervationum Examen. Magni, Humani corporis Fabricæ operis Appendix. Venetiis, apud Franciſcum de Franciſcis, 1564, in 4. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1609, & 1610, in 8, Io. Ieſſenii cura in publicum reducta.

Suorum de humani corporis fabrica librorum Epitome. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 8. Baſil. apud Ioa. Oporinum, 1543, in fol. maximo.

Epitome anatomica, cui acceſſere notæ ac commentaria Petri Paaw Amſtelædamenſis. Lugd. Batav. apud Iuſtum à Colſter, 1616, in 4. Item cum Annotationibus Nicolai Fontani, Amſtelædami, apud Ioh. Ianſſonium, 1642, in fol.

Epiſtola docens venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam: & melancholicum ſuccum ex venæ portæ ramis ad ſedem pertinentibus, purgari. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 4.

Chirurgia Magna in ſeptem libros digeſta: in qua nihil deſiderari poteſt, quod ad perfectam, atque integram de curandis humani corporis malis, methodum pertineat. Ab Excellent. M. Proſpero Borgarutio recognita, emendata, ac in lucem edita. Formæ etiam Inſtrumentorum, quibus Chirurgi utuntur, his in libris apprime deſcriptæ ſunt. Venetiis, apud Valgriſium, 1568, in 8.

De Radice Chynæ Epiſtola. In qua inſerta ſunt & de Sparta Parilla ſub finem nonnulla. De Modo propinandæ Chynæ. In lucem edidit Franc. Veſalius frater. Venetiis, 1542, in 8. Baſileæ, apud Oporinum, 1543, in 8. Lugduni, apud Frellonium, 1547, in 16. Operis de Morbo Gallico tom. 1, pag. 504, 513.

Paraphraſis in Nonum librum Rhazæ ad Regem Almanſorem, de Affectuum ſingularum corporis partium curatione. Baſileæ, apud Rob. Win-

Winter, 1537, in 8. Lugduni, apud Ioa. Tornæſium, 1551, in 16. Witebergæ, apud Cratonem, 1587, in 8.

Opera *Abubetri Rhazis* latinitate donata. Baſil. apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Conſilium pro Magni & illuſtriſſimi Terrænovæ Ducis fiſtula, ex levi axilla in Thoracis concavum pervia, & aliis gravibus non paucis affectibus, ob puris ſupra ſeptum tranſverſum coacervationem, & inceptam per fiſtulam expurgationem, ſubinde provenientibus. Extat cum Ioa. Phil. Ingraſſiæ Quæſtione de Purgatione per medicamentum, aliiſque opuſculis ſimul editis Venetiis, apud Angelum Pateſſium, 1568, in 4.

Conſilium pro Viſu partim depravato, partim abolito, ad Wolffgangum Herwart Auguſtanum. Extat cum Appendice Conſiliorum Montani. Baſileæ, apud Pet. Pernam, 1583, in fol.

De Arthritide Conſilia quædam extant eo in opere quod Henric. Garetius, edidit Francofurti, apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæred. 1598, in fol.

ANDREGHETTI ANDREGHETTII

Herculis Saxoniæ Tractatum de Lue Venerea perfectiſs. edidit.

ANDROMACHUS ZECHIUS

Ioa. Zechii Conſultationes Medicinales in lucem edidit.

ANGELUS

Baſil. Valentini Microcoſmum latine reddidit.

ANGELUS BOLOGNINUS, *Bononienſis; Docuit Chirurgiam, ex Avicenna, Bononiæ. A. C. 1506. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Cura Ulcerum exteriorum, & de Unguentis communibus in ſolutione continui, lib. II. Papiæ, apud Bernardinum de Garaldis, 1516, in fol. cum diverſis varii argumenti autoribus. Baſileæ, apud Ioa. Bebelium, 1536, in 4. Operis Chirurgici pag. 207, Tiguri, apud fratres Geſneros, 1555, in fol.

ANGELUS BOLZETTA, *Patavinus*

Theriaca Andromachi ſenioris juxta placita ſacri Patavini Philoſophorum & Medicorum Collegii, olim per Viros clariſs. Iunium Paulum Craſſum, Bernardinum Tauriſanum, & Marcum Oddum ejuſdem ordinis edita, anno 1576. Compoſita hoc anno in Pharmacopœa Angeli, præſentibus & pro ſacro Collegio imperantibus Viris excellentiſs. Andregheto Andreghetio, & Iacobo Zabarella, ex eodem ordine ad id electis. Patavii, apud Impreſſores Camerales, 1626, in 4.

ANGELUS BUSTUS, *Veneti*

De Mellis convenienti quantitate ad Theriacam componendam, diſputatio. Venetiis, 1614, in 4.

ANGELUS DECEMBRIS

De Cognitione ac curatione peſtis. Extat cum Conſiliis Baverii de Baveriis. Papiæ, apud Platonem de Benedictis, 1521, in fol.

ANGELUS FORTIUS

De Mirabilibus humanæ vitæ naturalia fundamenta. Venetiis, apud Bernardinum de Vianis, 1543, in 8.

Veritatis redivivæ militia. Venetiis, apud eundem, 1541, in 8.

AN-

ANGELVS PALEA

In Antidotarium Meſuæ cum declaratione ſimplicium medicinarum, & ſolutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum opus. Venetiis, apud Barthol. de Zanettis, 1543, in fol. Pariſiis, apud Frobenium, 1546, in 8.

ANGELVS SALÆ, *Venetus* an *Vicentinus*

Anatomia Vitrioli. Aurel. Allobr. 1609, in 16.

Opera Medico-Chymica, quæ exſtant, omnia. Francofurti, apud Ioan. Beyerum, 1647, in 4. Rhotomagi, apud Ioh. Berthelin, 1650, in 4.

Elenchus tractatuum in hoc opere contentorum.

I. Anatome eſſentiarum vegetabilium.
II. Hydrelæologia.
III. Tartarologia.
IV. Saccharologia.
V. Septem planetarum terreſtrium explicatio.
VI. Aphoriſmi Chymiatrici.
VII. Chryſologia.
VIII. Deſcriptio Auri potabilis.
IX. Tractatus de Antimonio.
X. Anatomia Vitrioli.
XI. Tractatus de Natura & proprietate Vitrioli.
XII. Tractatus de Peſte.
XIII. Antidotus pretioſa.
XIV. Ternarius triplex Hemæticorum, Bezoardicorum, & Laudanorum.
XV. Exegeſis chymiatrica.
XVI. Myrothecium Spagyricum.
XVII. Appendix de pulvere Roſæ vitæ.

Seorſim prodierunt:

Ternarius Bezoardicorum. Et Emetologia, ſeu Triumphus Vomitoriorum. Cum Exegeſi Chymiatrica Andreæ Tentzelii. Erfurti, apud Ioa. Bircknerum, 1628, in 8.

Aphoriſmorum Chymiatricorum Synopſis, univerſa Chymiatriæ intima fundamenta, fines, ac ſcopos breviter duabus ſectionibus continens. Bremæ, apud Ioann. Willium, 1620, in 8.

Anatomia Antimonii: id eſt, Diſſectio tam Dogmatica, quam Hermetica Antimonii uſum, proprietatem, & vires ejus declarans. Lugd. Batav. apud Godefr. Baſſon, 1617, in 8.

Anatomia Vitrioli, in duos tractatus diviſa: in quibus vera ratio Vitrioli in diverſas ſubſtantias reſolvendi accuratiſſime traditur. Acceſſit arcanorum complurium ex ſubſtantiis iſtis deductorum, tum ad conſervandam valetudinem, tum ad graviſſimorum morborum vim & intemperiem, Sylva. Aureliæ Allobr. apud Fabianum, 1613, in 12. Lugd. Batav. apud Godefr. Baſſon, 1617, in 8.

Deſcriptio brevis Antidoti pretioſi: qua exquiſitiſſimæ ejus virtutes, uſuſque multiplex variis in morbis, & humani corporis affectibus, recenſentur, nunc primum luci commiſſa. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1620, in 8.

Chryſologia, ſeu Examen auri Chymicum. In quo demonſtratur, auro nec ineſſe ſubſtantiam aliquam potabilem: nec illud arte ſpagyrica transmutari poſſe in ſubſtantiam aquoſam, oleoſam, vel ſalinam: & quid proprie intelligatur per aurum potabile. Adjecti ſunt in fine Aphoriſmi Chymiatrici recogniti. Hamburgi, apud Henr. Carſtens, 1622, in 8.

Proceſſus de Auro potabili, novo, pauciſque adhuc cognito: cui qui-

quidam alii ex Baſilii Valentini, Ioſ. Quercetani, Portæ, & aliorum ſcriptis excerpti, cum commentariolis propter affinitatem ut adjungeretur, non inconſultum viſum fuit. Argentorati, apud Io. Phil. Sartorium, 1631, in 8.

Septem Planetarum terreſtrium Spagyrica recenſio. Qua perſpicue declaratur ratio nominis Hermetici, analogia metallorum cum microcoſmo, eorum præparatio vera, & unica; proprietates, & uſus medicinales, Amſterodami, apud Guil. Ianſſonium, 1614, in 12.

De Peſte tractatus, primum gallice conſcriptus, poſt latinitate donatus à Gregorio Horſtio. Marpurgi, apud Gaſparem Chemlinum, 1641, in 4. Ejuſd. Emetologia, edita eſt Delphis, apud Ioa. Andream, 1613, in 8.

ANGELVS VICTORIVS, *Balneo-Regienſis*

Medicæ conſultationes, poſt obitum Autoris in lucem editæ, à Vincentio Manunccio Peruſino. Romæ, ex Typogr. Caballina, 1640, in fol.

ANNIBAL ALBERTINVS

De Affectibus Cordis, libri tres. Quorum I. agit, De naturalibus. II & III, De præternaturalibus. Palpitatione nempe & Syncope, atque earum curatione. Item de Morborum Principatu, ſede Animæ, Primis morborum generibus, Peſte, ac de Scopis mittendi ſanguinem. Cæſeæ, apud Nerium, 1648, in 4.

ANONYMVS

Naturales Quæſtiones antiquorum philoſophorum, tractantes de diverſis generibus ciborum & potus, quæ humanæ naturæ ſaniora atque conducibilia ſunt, ob convaleſcentiam ſervandam motis quæſtionibus, earumque ſolutionibus adjunctis ſuccincte declarantur. Colon. apud Corn. de Ziriczee, in 4.

ANSELMVS BOETIVS de BOODT, *Brugenſis*

Gemmarum & Lapidum hiſtoria, qua non ſolum ortus, natura, vis, & pretium: ſed etiam modus quo ex iis olea, ſalia, tincturæ, eſſentiæ, arcana, & magiſteria arte chymica confici poſſint, oſtenditur. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1609, in 4. Hanc recenſuit, à mendis repurgavit, Commentariis, & pluribus melioribuſque Figuris illuſtravit, & multo locupletiore indice auxit Adrianus Toll. Lugd. Batav. M. D. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1636, in 8.

ANTIOCHVS TIBERIVS

De Cheiromantia libri tres. Moguntiæ, 1541, in 4.

ANTONIVS

De Lapide Philoſophorum, lapide Rebis, & præparatione atque regimine ignis ejuſdem, ſecundum dicta philoſophorum, & concordantias eorundem. Extat Decade 11 Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ à Ioanne Rhenano collectæ. Francofurt. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8.

ANTONIVS ALBANESIVS

Commentaria in Aphoriſmos Hippocratis. Patavii, 1649, in 4.

ANTONIVS ALVAREZ

Epiſtolarum & conſiliorum medicinalium pars prima. Omnibus non medicis modo, ſed etiam Philoſophiæ ſtudioſis utiliſſima. Neapoli, apud Horatium Sawianum, 1585, in 4. additæ ſunt ſub finem; Defenſiones pro Ioanne Altimaro, in Salvi Silani Apologiam. Quod ea, quæ dixit Alti-

Altimarus pro partis defenſione contra Salvum, veriſſima ſint, & in oppoſitum adducta nihil concludant. Ibidem.

ANTONIVS ANGVISOLA

De Hæmorrhoidibus Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 225.

ANTONIVS ANTONIDES vander LINDEN, *Nerdenus*

De monſtroſis Vermibus Obſervatio rara extat pag. 92. tomi ſecundi Operum Adriani Spigelii Bruxellenſis, Amſtelædami, apud Iohannem Blaeu, 1645, in fol.

Phyſiologia, explicans Res Naturales octo libris, quorum I, de Elementis. II, de Temperamentis. III, de Humoribus. IV, de Semine,& Sanguine menſtruo. V, de Partibus. VI, de Calido innato,& Spiritibus. VII, de Anima, ejuſque facultatibus. VIII, de Actionibus. Quibus præmiſſa ſunt Præcognita generalia in univerſam Medicinam.

Pathologia, explicans Res Præternaturales tribus libris, quorum I, Noſologica, ſeu de Morbis. II, Ætiologica, ſeu de Cauſis Morborum. III, Symbologica, ſeu de Symptomatis, & ſignis morborum.

Methodi Generalis Cognoſcendi, Prædicendi, Curandi morbos, libri tres.

De Febribus, liber unus.

De Capitis affectuum curatione, liber.

De Oculorum affectuum curatione, liber.

De Aurium affectuum curatione, liber.

De Narium affectuum curatione, liber.

De Oris affectuum curatione, liber.

Obſervationum Medicinalium Decades aliquot.

Loci Communes Medicamentorum empiricorum, ſingulis fere humani corporis,à capite ad pedes uſque partibus, applicatorum, ex probatiſſimis tum veterum, tum recentiorum ſcriptis collectorum.

Synopſis Medicinæ practicæ,continens I,Pharmacopœam. II,Medicamentorum compoſitionem. III, Medicamenta ſingularum partium, IV, Medicamenta ſingulorum affectuum.

Pharmacopœa continens I, Medicamenta ſimplicia, quorum uſus medico neceſſarius. II, Medicamentorum compoſitorum titulos, autorumque nomina, qui ea deſcribunt. III, Medicamenta, quæ parata in Pharmacopolio ſervari debent.

Herbarius continens ſimplicia ad medicinam utilia.

De Theriacæ Andromachi compoſitione libellus.

Aphoriſmi Hippocratis nova methodo diſpoſiti, ac commentario illuſtrati.

Ad Praxin Medicinæ Theoricam & Empiricam Gualteri Bruele Annotatiunculæ.

Præter hæc & ea, quæ tum in Muſica, tum aliis artibus ævo digna Pater meus p. m. reliquit,ſuperſunt & alia ſcripta Medica, quorum catalogum non adjicimus,quod affecta tantum ſint, neque laboris alioquin patientiſſimo ac temporis parciſſimo viro ob moleſtiſſimas à praxi occupationes conficere licuerit, neque præproperum fatum ſiverit. Etenim

ſtatuerat univerſam Medicinam tam θεωρητικῶς, quam πρακτικῶς nova ac facili methodo tradere. Cujus ſpecimen, ſi volet Deus, brevi dabimus in Methodo ejus Generali, quam ad diſcendam ac faciendam artem noſtram ſic expeditam doctos omnes judicaturos putamus, ut neque iſti ipſi, neque tyrones aliam deſiderent.

ANTONIVS ab AGVILERA, *Tunqueranus*

Præclaræ rudimentorum Medicinæ libri octo, qui eorum quidem, pro vera Medicorum fortuna conſequenda, nunc primum Enchiridion natum dicuntur. Compluti, apud Ioh. à Villanova, 1571, in fol.

ANTONIVS BALDESIVS, *Florentinus*

Quæſtio de Gangrænæ & Sphaceli diverſa curatione, collecta & recognita per *Ioan. Caſtellanum.* Venetiis, 1616, in 8.

ANTONIVS BENIVENIVS, *Medicorum Decus egregium. Floruit A. C.* 1495. *Obiit A. C.* 1525. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De abditis nonnullis, ac mirandis morborum, & ſanationum cauſis. Florentiæ, apud Phil. Gjuntam, 1507, in 4. Pariſiis, apud Chriſtophor. Wechelum, 1528, in fol. cum Galeni lib. de Plenitudine à Ioa. Guinthorio Andernaco converſo. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. cum Scribonii Largi compoſitionibus.

ANTONIVS BVSENNIVS, *Bredanus*

Commentarii in Galeni librum de Inæquali intemperie. Antverpiæ, apud Io. Richardum, 1553, in 8.

ANTONIVS CÆLIVS

Introductio univerſalis, ad Medicam Facultatem, ac brevis methodus curandi particulares præter naturam corporis humani affectus: nec non de Pulſibus tractatio. Quibus additur Commentarius, in primum librum Aphoriſmorum Hippocratis. Meſſanæ, ex Typographia Petri Breæ, 1618, in 4.

ANTONIVS CARTAGENA

De ſignis febrium & diebus criticis. Compluti, 1529, in fol.

De faſcinatione. Ibidem.

ANTONIVS CERMISONVS, *Medicus omnium ſua ætate excellentiſſimus; Præceptor Savanarolæ. Claruit ſub Friderico* III. *Cæſare. A. C.* 1458. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Conſilia Medica contra omnes fere ægritudines à capite uſque ad pedes. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1503, in fol. Additis Conſiliis Gentilis, aliiſque.

ANTONIVS CHALMETEVS, *Vergeſacus*

Enchiridion Chirurgicum, externorum morborum remedia, tum univerſalia, tum particularia breviſſime complectens. Quibus morbi Venerei curandi methodus probatiſſima acceſſit. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1567, in 8. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1570, in 16: addita inſtrumentorum & ferramentorum delineatione. Ibidem, apud Ioa. Lertout, 1568, in 16. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1593, in 4, & 1594, in 8. Adjectis de Febribus ex probatis Auctoribus lib. IV. Aureliæ, apud Petrum de la Roviere, 1621, in 8. Extat & cum Enchiridio practico-medico-chirurgico incerti auctoris. Genevæ, apud Petrum & Iac. Chouet. 1644, in 8.

ANTONIVS CITTADINVS, *Faventinus*

Auſcultationes in Parvam Artem Galeni. Faventiæ, apud Ioannem Mariam de Simonetis, 1523, in fol.

ANTONIVS COLMENERVS, *de Ledeſma*

De Chocolatæ Indæ qualitatibus & natura. Hiſpanico ante hac idiomate editum: nunc vero curante Marco Antonio Severino Tarſenſi in Latinum tranſlatum. Noribergæ, apud Wolfg. Enderum, 1644, in 12.

ANTONIVS CONSTANTINVS

Opus medicæ prognoſeos, in quo omnium, quæ poſſunt in ægris animadverti ſymptomatum, in omnibus morbis, cauſæ & eventus copioſe, & luculenter exponuntur. Omnia à Galeno, Hollerio, Dureto, & Iacotio, fideliſſimis ſummi Hippocratis interpretibus deprompta. Lugduni, apud Claud. Morillon, 1613, in 8.

ANTONIVS DEVSINGIVS

Idea doctrinæ de Febribus, breviter, perſpicue, ac methodice, propoſita, publicæque ventilationi ſubmiſſa. Groningæ, apud Viduam Edzardi Agricolæ, 1655, in 12.

Synopſis Medicinæ univerſalis, ſeu Compendium Inſtitutionum medicarum. Publicis Diſputationibus exhibitum ac ventilatum. Groningæ, apud Ioan. Nicolai, 1649, in 12.

Anatome parvorum naturalium; ſeu, Exercitationes Anatomicæ ac Phyſiologicæ, de Partibus humani corporis Conſervationi Specierum inſervientibus. Groningæ, apud Ioh. Sas, 1651, in 4.

Diſſertationes duæ. Prior, de motu Cordis & Sanguinis. Altera, de Lacte. Groningæ, apud Ioh. Cöllen, 1651, in 4. Ibid. apud Franc. Bronckhorſt, 1655, in 12.

Geneſis Microcoſmi, ſeu De Generatione Fœtus in uterò diſſertatio. Groningæ, apud Ioh. Nicolai, 1653, in 12.

Diſquiſitio medica, de morborum quorundam ſuperſtitioſa origine & curatione. Speciatim de morbo vulgo dicto Manſchlacht, ejuſque curatione. Item: De Lycanthropia: nec non; De Surdis ab Ortu, Mutiſque, ac illorum cognitione. Vbi & de Ratione & Loquela. Brutorum animantium. Groningæ, apud Ioh. Cöllen, 1656, in 4.

Diſſertationes, De Vnicornu, Lapide Bezoar, Pomis Mandragoræ, illiuſque Mangoniis, vulgo dictis Piſſe-Dieſjes. Agno vegetabili. Anſeribus Scoticis. Groningæ, apud Ioh. Cöllen, 1659, in 12.

Idea Fabricæ Corporis Humani: ſeu, Inſtitutiones Anatomicæ, ad Circulationem ſanguinis, aliaque Recentiorum inventa, accommodatæ. Groningæ, apud Franciſc. Bronchorſt, 1659, in 12.

De Manna, Sacchare, & Monocerote. Groningæ, apud Ioh. Cöllen, 1659, in 12.

Tractatus de Peſte. Groningæ, apud Franc. Bronchorſtium, 1656, & 1658 in 12.

ANTONIVS FENOTVS

Alexipharmacum ad Virulentias Ioſ. Quercetani evomitas in libellum Iac. Auberti, de Ortu & cauſis Metallorum contra Chymiſtas. Baſileæ, 1576, in 8.

Antonius Fonseca, *Vliſſiponenſis*

De Epidemia febrili graſſante in exercitu Regis Catholici in inferiori Palatinatu anno 1620, & 1621, tractatus, in quo febris malignæ eſſentia,cauſæ,ſigna diagnoſtica, & prognoſtica, & methodus curativa Philoſophice & Medice elucidantur. Mechliniæ,apud Henr. Iaye,1623,in 4.

Antonius Fornesius

De Peſte,ejuſque curatione,liber. Baſileæ, apud Bryling, 1583,in 4.

Antonius Fortolus, *Ioſerienſis*

Galeni de Venarum, Arteriarumque Diſſectione interpretatus eſt.

Antonius Francancianus, *Vicentinus, Medicus Patavinus. Vixit A. C.* 1540. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Morbo Gallico liber. Patavii, apud Luc. Berzellum,1564,in 4. Bononiæ, apud Peregr. Bonardum, 1564, in 4. nunc primum à mendis, quibus in prima editione circumfluebat,vindicatus,ac è tenebris in lucem revocatus,à Camillo Corbio Viterbienſi. Venetiis, apud Franc. Laurentianum, 1565, in 8. Operis de Morbo Gallico, tom. 1, pag. 721.

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius, edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. & cum Victoris Trincavellii Conſiliorum libris.

Antonius Fumanellus, *Veronenſis, Medicus, longo rerum uſu, per totam Italiam exercitatiſſimus. Floruit A. C.* 1529. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opera multa & varia, cum ad tuendam ſanitatem, tum ad profligandos morbos plurimum conducentia. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1557, in fol. Pariſiis, apud Claud. Morellum, in fol. Magdeburgi, apud Ioh. Franck, 1592, in fol.

Librorum tituli ſunt:

De Vita & moribus Galeni Compendium.

De Senum regimine, ſive de eorum ſalubri victu, commentarius.

De Balneis aquæ potabilis libellus.

De Vini temperatura & facultatibus commentarii.

Bacchi Sylva, de Vitium, uvæ, vinique facultatibus.

Reſponſiones ad librum Conſalvi Barredæ Hiſpani de Vini facultatibus.

Epiſtola medicinalis ad Andaſium, in qua quorundam errata corriguntur de Vini facultatibus.

Propugnacula tria contra aſſerentes Vinum humidum eſſe.

De Roſarum, partiumque ipſarum, & omnium quæ ex roſis fiunt, facultatibus.

De compoſitione medicamentorum generis cujuſcunque ad morbos diverſos.

Febrium dignoſcendarum,& curandarum abſolutiſſima methodus.

De Peſtis curatione liber.

De Lepra & elephante morbo, eorumque curatione libellus.

De Rheumate, ſeu deſtillatione à capite libellus.

De Capitis uſtione in oculorum, & pulmonis morbis ab humorum defluxu.

De Calvariæ fractura, & ejus curatione,vulnere pectoris,& pulmonis, phlegmoneque Conſilium.

De Ventriculi affectibus præter naturam, Epiſtola.

De Recrementorum corporis humani præternaturali retentione, & evacuatione, liber.

De Sanguinis ab ore rejectatione, pulſus intermiſſione, ſonitu & gravedine in imo pectoris perceptis, Conſilium.

De

De totius corporis virium imbecillitate, capitis præcipue, vertigine, renum dolore, & calculo, Conſiliũ. | De Morbis variis in viis urinariis contingentibus, Commentarius.

Seorſim prodierunt:

Febrium dignoſcendarum & curandarum abſoluta Methodus. Conſilium chirurgicum de Calvariæ fractura, pectoris & pulmonis vulnere, phlegmoneque. Hiſtoria & curandi ratio pro Vrinæ reddendæ difficultate. Item, an mineralis aqua urinæ conveniat. De Balnei ferrati facultatibus, ferrique natura. De Balneis aquæ ſimplicis. Conjunctim Baſileæ, apud Io. Oporinum, 1542, in 4.

De Balneorum aquæ ferratæ facultatibus, & præſertim Calderianæ. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 183.

De Compoſitione medicamentorum, & Peſtis curatione libri duo. Venetiis, apud Hier. Scotum, 1548, in 8.

ANTONIVS GALFREDVS, *Condriaceus*

In librum novæ Academiæ Hetruſcorum, ac contra Avicennam & Meſuem Apologia. Extat cum Cribratione medicamentorum Symphoriani Campegii. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1534, in 8.

ANTONIVS GALLVS

De Ligno Sancto non permiſcendo. Idem in Imperitos fucatoſque medicos. Pariſiis, apud Simonem Colineum, 1540, in 8.

De Arthritide Conſilia quædam extant in eo opere, quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioan. Wechelum & Petr. Fiſcherum, 1592, in 8.

ANTONIVS GAZIVS, *Patavinus, Vixit ſub Venetorum dominio, A. C. 1504. Iuxta alios 1490. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Florida Corona: quæ ad ſanitatis hominum conſervationem ac longævam vitam perducendam ſunt perneceſſaria continens. Lugduni, apud Gilbertum Villiers, 1514, in 4. apud Scipionem de Gabiano, 1534, in 8.

Ærarium Sanitatis. Ejuſdem de Vino & Cereviſia tractatio. Auguſtæ, 1546, in 8. Patavii, apud Iacob. Fabianum, 1549, in 8.

De Somno & Vigilia libellus. Extat cum Conſtantini Aphricani Operibus reliquis. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1539, in fol.

Quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, ſive de ratione evacuandi libellus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. cum Methodo Medendi Albucaſæ, aliiſque.

ANTONIVS GENDRE, *Arvernus*

De Febre Epidemica in Montis-albani obſidione graſſata, medica diſſertatio. Qua popularium morborum, febriliumque ſymptomatum diagnoſin, prophylacticen, & therapeiam charus Apollineæ diſciplinæ Alumnus acutiſſime rimabitur. Lugduni, apud Anton. Chard, 1626, in 8.

ANTONIVS de GRADI, *Mediolanenſis, Principis Ducatus Mediolanenſis Medicus. Vixit A. C. 1468. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Febribus tractatus: ſigna, cauſas, & curas febrium complectens. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1517, in 4, cum aliis ejuſdem argumenti, apud Ioa. Moulin, 1527, in 4, cum Ioa. Matthæi de Gradi Practica.

ANTONIVS GVAINERIVS, *Papienſis, Claruit tempore Concilii Baſilienſis,*

lienſis. A. C. 1440. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Papienſis Artis Medicæ Doctor celeberrimus. Vixit ſub Sigiſmundo & Alberto* II. *Imperatoribus A. C.* 1440. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opus præclarum ad Praxin: cujus hi ſunt tituli:

De Ægritudinibus Capitis.
De Ægritudinibus Oculorum.
De Ægritudinibus Aurium.
De Ægritudinibus Narium.
De Ægritudinibus Gutturis.
De Ægritudinibus Pectoris & Pulmonis.
De Ægritudinibus Cordis.
De Pleureſi.
De Fluxibus.
De Ægritudinibus Matricis.
De Ægritudinibus Iuncturarum.
De Calculoſa paſſione.
De Peſte.
De Venenis.
De Febribus.
De Balneis.
Antidotarium.

Cum Ioa. Falconis in hæc omnia additionibus. Papiæ, apud Bernardinum de Garaldis, 1518, in 4. Lugduni, ſumptibus Conſtant. Frœdin, in ædibus Iac. Myt, 1525, in 4.

De Balneis Aquæ civitatis antiquiſſimæ Commentariolus. Extat in opere Veneto de Balneis, pag. 43.

ANTONIUS GUNTHERUS BILLICHIUS

De tribus Chymicorum principiis, & Quinta eſſentia exercitatio. Bremæ, apud Thom. Villerianum, 1621, in 8.

Ad Animadverſiones, quas Anonymus quidam in Angeli Salæ Aphoriſmos chymiatricos conſcripſit, reſponſio. Lugd. Bat. apud Godefridum Baſſon, 1622, in 8.

Obſervationum ac Paradoxorum chymiatricorum lib. II, quorum unus medicamentorum præparationem: alter eorundem uſum ſuccinctè perſpicueque explicat. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1631, in 4.

De natura & conſtitutione Spagyrices emendatæ Exercitatio. Helmæſtadii, apud Zachariam Raben, 1623, in 4.

Theſſalus in Chymicis redivivus: id eſt, de vanitate medicinæ chymicæ hermeticæ ſeu ſpagyricæ diſſertatio. Ejuſdem Anatomia fermentationis Platonicæ. Acceſſerunt de eadem Hermanni Conringii exercitationes, & Danielis Sennerti Epiſtola. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1639, & 1643, in 8.

Petri Laurembergii deliria chymica. Bremæ, apud Thomam Villier, 1625, in 8.

Exercitium Chymicum ultimum ac ſupremum. Ibidem, 1625, in 8.

Aſſertionum Chymicarum Sylloge oppoſita Petro Laurembergio. Helmæſtadii, apud Zachar. Raben, 1624, in 4.

ANTONIUS IODON, *Autiſſiodorenſis*

Obſervatio de Hydrope Ventriculi. Extat cum Obſervationibus Lazari Riverii, apud Milonem Flesher, 1646, in 8, pag. 354.

ANTONIUS LANCELLOTUS

De Peſte. Venetiis, 1635, in fol.

ANTONIUS LAURENTIUS, *Politianus*

De Riſu, ejuſque cauſis, & effectis, dilucide ac philoſophice tractatis libri duo. Extant cum Nicandri Ioſſii Opuſculis de Voluptate, & dolore, &c. Francof. apud Wolf. Richterum, 1603, in 8.

ANTO-

ANTONIVS LVDOVICVS, *Olyſſiponenſis, Vixit A. C.* 1538. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Re medica Opera. Olyſſiponæ, apud Ludov. Rotorigium, 1540, & 1543, in fol.

Sunt autem:

Erotematum, ſive commentariorum in libros de Criſibus Galeni libri tres.

Erotematum numeri ternarii libri ſex, in quibus tota fere ars medica continetur.

Erotemata de difficili ſpiratione.

Erotematum de uſu reſpirationis liber alius.

De Corde liber unus abſolutiſſimus, in quo tum Ariſtotelis quamplurimi errores explicantur, tum vero plurimæ quæſtiones enodantur.

Galeni liber de Priſana.

Galeni de eo quod ſit animal id, quod utero continetur.

De eo quod Galenus animam immortalem eſſe dubitaverit, liber unus.

Annotationes aliquot in Aphoriſmos Hippocratis.

Expoſitio in Aphoriſmum decimum ſextum primæ ſectionis apud Hippocratem.

Expoſitio in definitionem quam de humoribus Avic. aſſignat.

Galeni de prænoſcendo libellus.

De Erroribus Petri Apponi in Problematis Ariſtotel. exponendis.

De Occultis proprietatibus libri quinque. Olyſipponæ, apud Ludov. Rotorigium, eodem anno, in fol. Additi ſunt, de Empiricis, & Miſcellaneis quibuſdam liber unus, & de Pudore liber unus.

ANTONIVS MARIA BETTVS, *Mutinenſis*

In Quartam Fen Primi Canonis Avicennæ Commentarius. Ejuſdem Quæſtio de Rhabarbaro. Bononiæ, apud Alex. Benartium, 1562, in fol. apud Roſſium, 1591, in fol.

De Cauſa conjuncta, deque bilis coctione in febribus, tractatus. Bononiæ, apud Anton. Giaccarellum, 1566, in 8.

De Prandio & Cœna libri adverſus Oddum de Oddis. Mediolani, in 4.

ANTONIVS MARIA PAROLINVS, *Ferrarienſis, Vixit A. C.* 1534. *Iuſtus in Chronol. Medica.*

Conſilium de Tumore hypochondriorum, dolore Abdominis, Febri & Melancholia, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 244.

ANTONIVS MARIA VENVSTVS, *Tergeſtinus*

Conſilia Medica: in quibus vera quædam conſultandi methodus proponitur, multi morbi cum ſuis cauſis & ſignis conſiderantur, multæ & arduæ quæſtiones medicæ pertractantur. Venetiis, apud Franciſcum Ziletum, 1571, in 4. Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. Acceſſere breves, in re medica Iul. Cæſ. Claudini Tractatus, politi à D. Ioſeph. Lautenbach.

ANTONIVS MARTORELLVS, *Luſitanus*

Commentaria in primum Galeni librum de Pulſibus ad Tyrones, qui inſcribitur de Pulſibus ad Theuthram.

Commentaria in librum Galeno adſcriptum de Vrinis. Vtraque mſſ. extant in Bibliotheca noſtra, in 4.

ANTO-

Antonivs Merindolvs, *Aquenſis*

De Calido innato, & Humido primigenio. Lugduni, apud Leonem Savine, 1615, in 8.

Selectæ exercitationes VIII. Lutetiæ Pariſ. apud Edmundum Martinum, 1617, in 8.

Ars Medica in duas partes ſecta, in qua non ſolum ea explicantur, quæ ad Medicinam diſcendam ſunt neceſſaria: ſed multa etiam quæ Theologos & Philoſophos recreare valeant, continentur. Acceſſit ſub finem Exercitationum medicinalium Decas unica. Aquis-Sextiis, apud Ioa. Roize, 1633, in fol.

Antonivs de Mery

Perioche ſeptem librorum primorum Methodi Galeni, cum quibuſdam tum ab eodem, tum aliis auctoribus traductis, ut vocant, receptionibus. Pariſiis, apud Simon. Colinæum, 1534, in 16.

Antonivs Mizaldvs, *Monlucianus*

Hortorum Secreta, cultus & auxilia, amœnæ voluptatis, & inenarrabilis utilitatis abunde plena: rerumque variarum acceſſione illuſtrata. Lutetiæ, apud Feder. Morellum, 1560, 1575, in 8. Coloniæ Agripp. apud Ioa. Gymnicum, 1577, in 8. Pariſiis, apud Claud. Morellum, 1607, in 8.

De Hortenſium Arborum inſitione Opuſculum. Lutetiæ, apud Fed. Morellum, 1560, in 8.

Dendranatome: ſeu Exploratio & diſſectio corporis arborei in ſua ſigillatim membra & parteis. Vbi de earum officiis, nutritione, ſuccis, humoribus, & aliis. Ibidem, 1575, in 8. cum Hortorum Secretis. Addito ad finem

De Hominis Symmetria, proportione, & commenſuratione opuſculo.

Alexikepus, ſeu Auxiliaris & medicus hortus rerum variarum & ſecretorum Remediorum acceſſione locupletatus. Ibid. 1575. in 8. Coloniæ, apud Gymnicum, 1576, in 8.

Artificioſa Methodus comparandorum Hortenſium Fructuum, oleorum, radicum, uvarum, vinorum, carnium & juſculorum, quæ corpus clementer purgent, & variis morbis, abſque ulla noxa & nauſea, blande ſuccurrant. Lutetiæ, apud Fed. Morellum, 1564, in 8. Coloniæ, apud Gymnicum, 1577, in 8.

Memorabilium utilium, ac jucundorum Centuriæ novem, in Aphoriſmos Arcanorum omnis generis locupletes, perpulchre digeſtæ. Lutetiæ, apud Feder. Morellum, 1566, in 8. Coloniæ, apud Ioa. Birckmannum, 1574, in 16. Acceſſit Democritus Abderita, de rebus Naturalibus, & Myſticis, cum Syneſii, & Pelagii Commentariis. Interprete de Græca lingua Dominico Pizimentio Vibonenſi. Præfatio in omnes hoſce libros. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592, in 8. apud Nicol. Hoffmanum, 1613, in 16. Acceſſit Appendix nonnullorum Secretorum, Experimentorum, Antidotorumque contra varios morbos, tam ex libris manuſcriptis, quam typis excuſis, collecta.

Harmonia Cœleſtium corporum & humanorum, Dialogis undecim aſtronomice & medice elaborata & demonſtrata. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592. apud Nicol. Hoffmanum, 1613, in 16.

Memo-

Memorabilium aliquot naturæ arcanorum ſilvula, rerum variarum Sympathias, & Antipathias, ſeu naturales, concordias & diſcordias, libellis duobus complectens. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592, apud Nicol. Hoffmanum, 1613, in 16.

Harmonia ſuperioris naturæ mundi & inferioris: una cum admirabili fœdere & Sympatheia rerum utriuſque. Lutetiæ, apud Iac. Kerver, 1555, in 8. apud Morellum, 1578, 1598, in 8. Quibus annectuntur

Paradoxa rerum Cœli, ad Epiponum Philuranum, & ſocios.

Opuſculum de Sena, planta inter omnes, quotquot ſunt, hominibus beneficentiſſima & ſaluberrima. Acceſſit Proclus de Arcanis naturæ. Lutetiæ, apud Morellum, 1572, in 8.

Dioclis Caryſtii Medici, ab Hippocrate fama & ætate ſecundi, aurea ad Antigonum Regem Epiſtola, De morborum præſagiis, & eorundem extemporaneis remediis. Adhæc Arnaldi à Villa-nova Med. præſtantiſſ. Conſilium ad Regem Aragonum, de Salubri hortenſium uſu. De Syrmaiſmo, & ratione purgandi per vomitum, ex Ægyptiorum invento & formula, Ioa. Langio autore. Ibidem, apud eundem, 1572, in 8.

Omnia autem hæc ſimul, titulo Opuſculorum, edita ſunt Pariſiis, apud Claudium Morellum, 1607, in 8, 2. voll.

Æſculapii & Vraniæ medicum ſimul & aſtronomicum ex colloquio conjugium: harmoniam microcoſmicam macrocoſmo, ſive humani corporis cum cœlo, paucis figurans & perſpicue demonſtrans. Lugduni, apud Ioa. Tornæſium, 1550, in 4.

Planetologia, rebus aſtronomicis, medicis, & philoſophicis referta: ex qua cœleſtium corporum cum humanis ſocietas & aptatio facile demonſtratur. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1551, in 4.

De Arcanis naturæ libri quatuor. Lutetiæ, apud Iacobum Kerver, 1558, in 8.

Cæterorum, quos ſe edidiſſe Autor, aut editurum affirmat, librorum Catalogus ſeorſim editus fuit, atque plurimis Dioclis Caryſtii, Epiſtolæ editionibus ad finem adjectus.

ANTONIVS MOLLINIVS

De diverſa hominum natura cognoſcenda, prout à veteribus Philoſophis ex corporum ſpeciebus reperta eſt, liber. Lugduni, apud Ioan. Tornæſium, 1549, in 8.

ANTONIVS MVSA, *Vir clarus. Floruit ſub Marco Agrippa. Archiater Auguſti Cæſaris nobiliſſimus: qui ab eodem ampla pecunia & aureo annulo donatus, quod ſaluti, à gravi morbo, reſtitutus ab ipſo fuiſſet. quod aliis Veteribus Romanis non concedebatur, niſi Senatoribus & Equitibus. Floruit A. ante C.* 41. *A. M.* 3922. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Libellus de Betonica: quem alii L. Apulejo tribuunt. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, apud Ioan. Oporinum, 1549, utrobique in fol. cum aliis de Re medica libris.

ANTONIVS MVSA BRASAVOLVS, *Ferrarienſis, Galeni & Hippocratis Interpres elegantiſſimus. Claruit ſub Hercule Eſtenſi Ferrariæ Duce, & Franciſco Gallorum Rege A. C.* 1534. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

In primum Hippocratis Aphoriſmum Commentarius. Ferrariæ, 1594, in 4.

In

In octo libros Aphoriſmorum Hippocratis, & Galeni Commentaria, & Annotationes. Baſileæ, apud Frobenium, 1541, in fol.

In libros de Ratione victus in morbis acutis Hippocratis & Galeni Commentaria, & Annotationes. Venetiis, apud Hier. Scotum, 1546. in fol.

Examen omnium Simplicium, quorum uſus in publicis eſt officinis. Romæ, 1536, in fol. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1556, in 16. Ibidem, apud Ioh. Pullonum è Tridino, 1544, in 8.

Examen omnium Syruporum, quorum publicus uſus eſt. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1545, in 8.

Examen omnium Loch, id eſt, Linctuum, Suffuf, id eſt, Pulverum, Aquarum, Decoctionum, Oleorum, quorum apud Ferrarienſes Pharmacopolas uſus eſt. His acceſſit de morbo Gallico lepidiſſimus ejuſdem Authoris tractatus. Venetiis, apud Iuntas, 1553, in 8. Lugduni, apud Ioa. Temporalem, 1555, in 16.

Examen omnium Electuariorum, pulverum, & confectionum catharticarum, quarum uſus eſt in officinis. Venetiis, apud Valgriſium, 1548, in 8.

Examen omnium Catapotiorum vel Pilularum, quarum apud Pharmacopolas uſus eſt. Conradi Geſneri medici Tigurini enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorum, & alvum bonam facientium, ordine alphabeti. Baſileæ, apud Frobenium, 1543, in 4. Lugduni, apud Frellonios ffr. 1546, in 16. apud Ant. Vincentium, 1556, in 16.

Examen omnium Trochiſcorum, Vnguentorum, Ceratorum, Emplaſtrorum, Cataplaſmatum, & Collyriorum, quorum frequens uſus eſt apud Ferrarienſes Pharmacopolas. Venetiis, apud Iuntas, 1551, in 8. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1555, in 16.

De Medicamentis tam ſimplicibus, quam compoſitis catharticis, quæ unicuique humori ſunt propria, tractatus inſignis. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1555, in 16. Tiguri, apud Geſneros fratres, 1555, in 8.

De Morbo Gallico Liber. Extat Operis de Morbo Gallico tomo 1, pag. 564.

De Radicis Chynæ uſu tractatus. Extat ibidem pag. 615.

Antonius Niger, *Braunſvigenſis, Phyſicus Civitatis Brunſvicenſis. Vixit A. C. 1550. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Conſilium de tuenda Valetudine. Lipſiæ, apud Valentin. Papam, 1555, in 8. Witebergæ, apud Simon. Cronenbergium, 1573, 1581, in 8.

De decem præcipuis erroribus & abuſibus, propter quos apud nonnullas gentes præclara Medicinæ ars, mulierculis, Iudæis, ac impoſtoribus veluti prædæ relicta, miſereque infamata conſtuprataque jacet, Ranzovianis impenſis in lucem revocatus liber. Hamburgi, apud Iacobum Wolfium, 1590, in 8.

Antonius Nunesius, *à Zamora*

Commentarius ſuper caput primum & tertium Galeni de Differentiis febrium. Salmanticæ, in 4.

Antonius Obert, *Audomarenſis*

De Venæſectione in pleuritide eudoxa contra paradoxam Fuchſii, Fernelii & aliorum ſententiam. Audomari, apud Georg. Seutin, 1629, in 4.

Anaſtichioſis apologetica pro Paræneſi contra D. L. du Gardin Decretum, quo oppoſitam in pleuritide revulſionem condemnat, quam Paræneſis

neſis approbat. Audomaropoli, apud Carolum Boſcardum, 1631, in fol. Apud viduam Caroli Boſcardi, 1631, in 8.

De Venæſectione in pleuritide Parænefis ſecunda contra paradoxam Fuchſii & Fernelii Doctrinam, ſeu Anacephalæoſis omnium pene controverſiarum, quæ Parænefis prima & pro ea ſcripta apologia atque analyſis contra D. Lud. du Gardin continebat, ſicut & noviſſimæ illius declamationes quatuor. Acceſſit de Venæſectione in Variolis adminiſtranda contra popularem errorem aſſertio. Ibidem, apud viduam Caroli Boſcardi, 1635, in 8.

ANTONIVS PETITÆVS, *Ambianenſis*

Criſimerologion, ſeu Dierum criſimorum ratio. Ad ampliſſimum medicorum Pariſienſium ordinem. Pariſiis, apud Rovillium, 1566, in 8.

ANTONIVS PICCIOLVS, *Cenetenſis*

De Manus inſpectione libri tres. Bergomi, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1587, in 8.

ANTONIVS PICHONIVS

Nicephori Gregoræ Explicationem græcam, Libri Syneſii, de Inſomniis, latinam reddidit. Extat cum Operibus Syneſii. Lutetiæ, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. pag. 349.

ANTONIVS PINÆVS

Hiſtoriæ Plantarum Epitome, cum earundem imaginibus, nomenclaturis, qualitatibus, natali ſolo, & acceſſione ſimplicium medicamentorum facultatum ſecundum locos & genera ex Dioſcoride. Lugduni, apud Viduam Gabr. Coterii, 1567, in 12.

ANTONIVS PONCE SANTACRVZ

Opuſcula Medica & Philoſophica. Quæ continent I, Diſputationes in primam primi Avicennæ. II, De Hippocratica Philoſophia. III, De Pulſibus. IV, Erudiſſimi Viri Doct. Alphonſi de Sanctacruce, diu deſideratum, modo filii ſui opera in lucem editum, de Melancholia inſcriptum libellum. Matriti, apud Thomam Iuntam, 1624, in fol.

De Impedimentis magnorum auxiliorum in Morborum curatione, lib. III ad Tyrones. Quibus omnes difficultates quæ ſe in magnis periculis offerunt, ex mente Antiquitatis explicantur, opus ita neceſſarium, ut merito curationis directorium poſſit appellari. Matriti, ex Typographia Regia, 1629, in 4. Emendatiores ſecundis curis ex recenſione Petri à Caſtro, editi Patavii, apud Paulum Frambottum, 1652, in 12.

Prælectiones Valliſoletanæ in lib. Magni Hipp. Coi de Morbo Sacro. Matriti, apud Vid. Lud. Sanchez, 1631, in fol.

De Morbo & ſymptomate. Matriti, 1637, in fol.

ANTONIVS PORTVS, *Firmanus*

De Peſte libri tres, quibus accedit quartus de Variolis, & Morbillis. Venetiis, apud Petrum Deuchinum, 1580, in 4. & Romæ, 1585, in 4.

ANTONIVS POSSEVINVS, *Mantuanus Senior*

Bibliothecæ ſelectæ Liber. Quartus decimus, qui eſt de Medicina. Abſolvitur autem capitibus ſequentibus.

Præloquium ad Methodum Medicinæ.
I. Origo.
II. Partitio.
III. Neceſſitas, Vtilitas, Nobilitas.

IV. Methodum Medicinæ non unam eſſe.
V. Methodus ſtudendæ Medicinæ unde haurienda.
VI. Auditor Medicinæ qualis.
VII. Inſigniores Medicinæ autores quinam.
VIII. Hippocrates Cous.
IX. Hippocratis editio emendatior ſive Græca, ſive Latina.
X. Methodus Hippocratis ex aliis.
XI. Obſervanda in libris Hippocratis.
XII. Dioſcorides Anazarbenſis.
XIII. Galenus Pergamenus.
XIV. Prænoſcenda & præcavenda in Galeno.
XV. Alter Galeni error.
XVI. Tertius Galeni error.
XVII. Ariſtoteles, Theophraſtus, Plinius, Aëtius, Promotus, Neapolius, Democritus, Cornelius Celſus, Arabes, & alii quidam quo loco ſint habendi.
XVIII. De Cornelio Gemma Medico, ejuſque tribus libris de arte Cyclognomica.
XIX. Methodus Conſulendi, ſive, ut ajunt, Collegiandi.
XX. Methodus interrogandi ægrotos.
XXI. Methodus medicamenta componendi.
XXII. Methodus medendi unde.
XXIII. Summa Ioannis Fernelii Methodi medendi.
XXIV. Methodus Chriſtiane medicinam adhibendi.
XXV. Conſiderationes aliæ, & cautiones à medicis in ſuis cordibus altiſſime imprimendæ.
XXVI. Capita alia magni momenti de Chriſtiana & tota medendi ratione.
XXVII. Deum ad miſericordiam allici viſendis ægrotis.
XXVIII. De Catalogis Autorum, qui de Medicina ſcripſerunt.

Edita autem eſt hæc Bibliotheca ſelecta de ratione ſtudiorum. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1603, in fol.

ANTONIVS POSSEVINVS, *Mantuanus, Iunior*

Theoricæ Morborum libri quinque Carmine conſcripti. Extant in Bibliotheca ſelecta jam citata, pag. 207, tomi II.

ANTONIVS RABERIVS

In Galeni de ſanitate tuenda libros Tabulæ. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1547, in fol.

ANTONIVS RICCIARDVS, *Brixianus*

Commentaria ſymbolica, in duos tomos diſtributa. In quibus explicantur arcana pene infinita ad myſticam naturalem & occultam rerum ſignificationem attinentia. Venetiis, 1592, in fol.

ANTONIVS RVBERVS, *Vlmenſis*

De Morborum cauſis Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1622, in 4.

ANTONIVS SANTORELLVS, *Nolanus*

De Sanitatis natura lib. XXIV. In quibus explicantur quæcumque ad partem Phyſiologicam vocatam à Medicis pertinent & de ſanitate tuenda. Neapoli, apud Dominicum Maccaranum, 1643, in fol.

Antepraxis Medica. In libros viginti & unum diſtributa, in quibus ea omnia, quæ Praxin Medicinæ aggreſſuris, prænoſcere eſt neceſſarium, ſumma brevitate examinantur. Neapoli, apud Laz. Scoriggium, 1622, in 4. apud Dominicum Maccaranum, 1633, in 4.

Poſtpraxis Medica, ſeu, de Medicando Defuncto, liber unus. In quo quæ-

quæcunque prudens, & Chriſtianus Medicus debet Defuncto præſtare, explicantur. Ibidem, apud Laz. Scoriggium, 1629, in 4.

ANTONIVS SAPORTA

De Tumoribus præter naturam, libri quinque ex inſtructiſſima Bibliotheca Ranchiniana eruti, & publici juris facti, cura & ſtudio Henrici Gras. Acceſſit Ioannis Saportæ Tractatus de Lue Venerea. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1624, in 12.

ANTONIVS SCANAROLVS, *Mutinenſis*

Diſputatio utilis de Morbo Gallico, & opinionis Nicolai Leoniceni Confirmatio contra Adverſarium eandem opinionem oppugnantem. Bononiæ, 1498, in 4. & tom. 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 116.

ANTONIVS SNEBERGERVS, *Tigurinus*

Medicamentorum Euporiſton, id eſt Facile parabilium, adverſus omnis generis articulorum dolores, Enumeratio. Cui adjuncti: De Multiplici Salis uſu Libellus: Gemma Amethyſtus, ſive Carbunculus Æthiops: Nuptialium narrationum prima: Ioa. Fernelii Conſilium pro Epileptico ſcriptum. Francof. apud Andr. Wechelum, 1581, in 8. Spiræ Nemetum, apud Bern. Albinum, 1592, in 8. cum Æmylii Campolongi libro de Arthritide.

De bona militum valetudine conſervanda liber, ex veteribus rerum bellicarum excellentiſſimorum Medicorum libris erutus: & ſecundum ſex rerum, ut Medici vocant, non naturalium ordinem conſcriptus. Cracoviæ, apud Laz. Andreæ, 1564, in 8. Gemma Amethyſtus, ſeu Carbunculus Æthiops. Ibidem, 1565, in 8.

Medicamentorum ſimplicium, ſive euporiſton Peſtilentiæ veneno adverſantium, & quomodo iis utendum, brevis inſtitutio. Tiguri apud Iac. Geſnerum, 1562, in 8, cum Caſſii Iatroſophiſtæ Naturalibus & Medicinalibus quæſtionibus C. Geſneri opera Græcolatinis factis. & Leovardiæ, apud Ioh. Starterum, 1616, in 8, recognitus & multorum remediorum acceſſione opera Henrici à Bra adauctus.

De Multiplici Salis uſu Libellus. Cracoviæ, 1562, in 8.

Catalogus Plantarum Latino-Germanico-Polonicus.

ANTONIVS STVPANVS, *Rheticus*

Additiones ad Diſpenſatorium medicamentorum Nicolai Myrepſi. Lugduni, 1543, in 4.

ANTONIVS THYLESIVS, *Conſentinus*

Libellus de Coloribus, ubi multa leguntur præter aliorum opiniones. Lutetiæ, apud Chriſtoph. Wechelum, 1546, in 8. Adjecta eſt ejuſdem Araneola, & Cicindela.

ANTONIVS TOSIVS, *à Serra S. Quirici*

De Anthrace, ſeu Carbunculo tractatus. Venetiis, 1618, in 4.

ANTONIVS TVRCIS

De Principiis Naturæ Commentarius. Veronæ, 1576, in 4.

ANTONIVS VALETIVS

Oratio in Scholis Medicorum ante Licentiatum habita, qua Medicinæ antiquitas ex antiquiſſimo Poëtarum Homero obiter & allegorice deſcribitur. Pariſiis, apud Ioa. de Bordeaux, 1570, in 8.

Exercitationes in Opera practica Iac. Hollerii. Extant in iiſdem. Genevæ, apud Iac. Stoer, 1623. Apud Petr. Choüet, 1635, in 4.

ANTONIVS VINCENTIVS de PETRONE

Litterarium duellum, inter Salernitanos & Neapolitanos Medicos. In quo de Inteſtinorum phlegmone. Vna cum Michaelis Roſci Apologia. Aliud duellum, de Hepatis Inflammatione. Venetiis, 1647, in 4.

ANTONIVS ZARA, *Aquileienſis*

Anatomia ingeniorum & ſcientiarum, ſectionibus quatuor comprehenſa. Venetiis, apud Ambroſium Deum, 1615, in 4.

ANTONIVS ZENON, *Venetus, Medicus magnæ Autoritatis. Claruit ſub Friderico* III. *& Maximiliano* I, *& Alexandro* VI. *Pontifice A. C.* 1488. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Natura humana, deque Embryo liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1491, in 4.

ANTONINVS CÆLIVS, *Meſſanenſis*

Introductio univerſalis ad Medicam facultatem; ac brevis methodus curandi particulares præter naturam corporis humani affectus: nec non de Pulſibus tractatio: quibus additur Commentarius in primum librum Aphoriſmorum Hippocratis. Meſſanæ, apud Petrum Bream, 1618, in 4.

ANTYLVS

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum: ſcilicet,

De inſolatione, & arenæ aggeſtione, ac aliis vaporatoriis fomentis, tetrab. 1, ſerm. 3, cap. 9.

Quomodo vena ſecanda eſt, de magnitudine & figura ſectionis, ibid. cap. 13, 14, 15.

De cucurbitularum uſu, ibid. cap. 20.

De purgatione, ibid. cap. 23.

Quibus dandum ſit veratrum, quibus non, ibid. cap. 121.

Chirurgia everſionis palpebrarum, tetrab. 11, ſerm. 3, cap. 72.

ANVTIVS FOESIVS, *Mediomatricus*

Lexicon Rei herbariæ Trilingue, ex variis & optimis, qui de Stirpium hiſtoria ſcripſerunt, autoribus concinnatum. Item Tabulæ Collectionum in genere, & particulatim per XII Menſes, in uſum pharmacopolarum conſcriptæ per Conradum Geſnerum, in quibus obiter ſtirpium quarundam nomina Germanica, & alia quædam à nemine hactenus tradita docentur. Argentinæ, apud Wendelinum Rihelium, 1553, in 8.

DAVID KYNALOCHVS, *Scotus*

De Hominis procreatione lib. I. De Anatome & morbis internis lib. II. Extat parte II Deliciarum Poëtarum Scotorum. Pariſiis, 1596, in 4. Amſtelredami, apud Ioan. Blaeu, 1637, in 12.

DAVID LAGNEVS

Harmonia, ſeu Conſenſus Philoſophorum Chemicorum, maximo cum labore & diligentia in ordinem digeſtus, & à nemine alio hac methodo diſtributus. Pariſiis, apud Claud. Morellum, 1611, in 16. & Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

DAVID LIPSIVS, *Iſcanius*

Ἐξέτασις ἰατρικὴ μεθοδικὴ Galenico-Spagyrica de Hydropiſis, ejuſque ſpecierum triplicium cauſis, ſignis, præſervandi, curandique modo optimorum quorumque Medicorum, veterum & recentium monitis & verbis conſcriptus, & editus, publicæ ſalutis omnium Hydropicorum cauſa, quorum vel tuenda ſanitas eſt, vel reparanda. Lipſiæ, apud Wittelianum, 1625, in 4.

Demonſtratio exemplis & rationibus Hominem non ſolum per aliquot dies & menſes, ſed per complures annos abſque cibo & potu vitam tranſigere poſſe. Extat cum Miſcellaneis Henrici Smetii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8.

DAVID ORIGANVS

Aſtrologia Naturalis, Opus Medicis, Agricolis, Nautis, cæteris, plane neceſſarium. Maſſiliæ, 1645, in 4.

DAVID de POMIS, *Hebræus*

Enarratio brevis, de Senum affectibus præcavendis, atque curandis; rationali methodo decorata, æque atque præſtantiſſimis, arcanisque auxiliis, in quibuſdam profligandis morbis inſignita. In qua, quod ſingulæ humani corporis pravæ conſtitutiones haud abſque innati caloris oppreſſione, defectuve oriri poſſint, paſſim liquidoque oſtenditur. Acceſſit præterea Dioclis epiſtola ad Antigonum regem, pro tuenda valetudine conſcripta, ac ſcholiis non ſpernendis, expoſita. Venetiis, apud Ioan. Variſcum, 1588. in 4.

De Medico Hebræo. Enarratio Apologica. In qua tum quamplurima alia notatu digna reperiuntur; tum etiam quod magna inter Hebræum & Chriſtianum adſit affinitas; quodque mutua inter eorum utrumque dilectio (jure divino) eſſe debeat, pervalidis rationibus paſſim demonſtratur. Venetiis, apud Ioan. Variſcum, 1588, in 4.

DAVID STEGMANNVS, *Memmingenſis*

De difficultate partus Diſputatio. Extat Decade v Diſputationum quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius 1621, in 4.

DAVID VERBEZIVS, *Carno-Lubeanus*

Exercitationum medicarum ſuper Diſputatione quadam de Peſte liber unus. Campoduni, apud Chriſtoph. Kraus, 1618, in 4.

Pro Raymundi Mindereri Diſquiſitione Iatro-chymica de Chalcantho, ad Dodecaporii Chalcanthini Petri Caſtelli partem priorem reſponſio. Qua ſimul Aëtii Cleti Signini Diſputatio de Chalcantho, in R. Mindererum potiſſimum Romæ edita examinatur. Aug. Vindelic. apud Seb. Mylium, 1626, in 4.

Homo non homo, ſive monſtrum Tubingenſe. Campod. 1618, in 4.

DEMETRIVS, *Conſtantinopolitanus*

De re accipitraria liber. Græce, & Latine redditus à Petro Gillio. Lutetiæ, apud Sebaſt. Cramoiſy, 1612, in 4. cum Rei accipitrariæ Scriptoribus, & ſeorſim Latine eodem interprete, Lugduni, apud Guiliel. Rouillium, 1562, in 8, cum Æliani Hiſtoria Animalium.

Galeni de Oculo, in Latinum tranſtulit.

DEMETRIVS CANEVARIVS, *Genuenſis*

Ars medica. Genuæ, 1626, in fol.

Morborum omnium qui corpus humanum affligunt, ut decet, & ex arte curandorum accurata & pleniſſima Methodus. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1605, in 8.

De Ligno Sancto Commentarium: in quo præcipuæ qualitates ejus, & facultates omnes exacta diligentia exprimuntur, ex illisque lignum quoddam, quod nuper in Italiam delatum eſt, pſeudolignum Sanctum, & nullo modo verum, ejus Fautoribus accurato examine demonſtratur. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1602, in 8.

DEMETRIVS PEPAGOMENVS

De Podagra, & id genus morbis liber, quem ab eo petivit Impera-

tor Michaël Palæologus. Pariſiis, apud Guil. Morellum, 1558, in 8. Græce & Latine.

Tractatus de Arthritide, cauſſas & originem ejus enudans, viam & rationem ejus aberruncandæ, contractæque perſanandæ ſcientiam ſuo complexu coërcens, Græce conſcriptus juſſu Michaëlis Palæologi Imperatoris Conſtantinopolitani, ex Gallico Federici Iamoti M. D. Latinæ conſuetudini traditus à Ioa. Borgeſio Hoplinienſi ad Liſam, Belga, Philiatro-Mathematico. Audomari, apud Carolum Boſcardum, 1619, in 8.

DEMOCRITUS

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx. Græce Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis, Baſileæ, apud Robert. Winter, 1539, in 8. Latine autem, Iano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

DEMOCRITUS, *Abderita, Pythagoræ imitator, non tamen auditor. Philoſophorum maximus. Vixit A. M. 3462. A. ante C. 500. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

De Arte ſacra: ſive, de rebus naturalibus & myſticis libellus, ex venerandæ Græcæ vetuſtatis de arte Chymica reliquiis erutus: nec non Syneſii, & Pelagii, Antiquorum Philoſophorum, in eundem Commentaria. Interprete Dominico Pizimentio Vibonenſi Italo. Extat cum Ant. Mizaldi Memorabilium, ſive Arcanorum omnis generis Centuriis novem. Coloniæ, apud Ioa. Birckmannum, 1572, in 12. 1574. in 16.

Phyſicorum & Myſticorum liber. Extat Ms. Græce cum Syneſii & Stephani Commentariis, Lugd. Batav. apud Doctiſſ. Med. Ioannem Elichmannum.

DEMOSTHENES

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum: ſcilicet, De oculorum inflatione: illabentibus in oculum animalculis aut paleis, aut arena: oculorum debilitate, obfuſcatione, ſuffuſione: everſione palpebræ, lagophthalmis, lippitudine dura, abſceſſu in palpebris, tetrab. 2, ſerm. 3, cap. 12, 16, 44, 48.

DESIDERIUS ERASMUS

In laudem artis Medicæ declamatio. Extat cum Henrici Montui Selectis. Lugduni, 1556, in 8.

Plutarchi, de tuenda Sanitate præcepta interpretatus eſt.

DESIDERIUS IACOTIUS, *Vandoperanus*

Commentariorum ad Magni Hippocratis Coaca præſagia, opus plane divinum, libri tredecim, tribus ſectionibus diſtincti, in quibus ſymptomatum omnium, quæ in ægris apparent, cauſæ, vires & ſignificationes demonſtrantur. Exſtant cum Iacobi Hollerii in eadem comment. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1576, in fol.

Iac. Hollerii: De Morborum Curatione. De Febribus. De Peſte. De Remediis κατὰ τόπους in Galeni libros. De Materia Chirurgica, Scholiis illuſtrata edidit.

DETHLEVUS SYLVIUS, *Holſatus*

Henrici Rantzovii librum, de Conſervanda Valetudine, in privatum liberorum ſuorum uſum conſcriptum, publici juris fecit.

DIDACVS ALVARVS OHACAN

Commentum novum in Parabolas Divi Arnaldi de Villanova. Hiſpali, apud Iacobum Cromberger, 1514. in fol.

DIDACVS LOPIVS

De Elementis liber. Conimbricæ, 1600, in 4.

DIDACVS MERINVS, *Hurunnuelenſis*

De morbis internis. Burgis, 1575. in fol.

DIDACVS MORANVS, *Luſitanus*

Apologiæ tres; I, de Epilepſia hyſterica. II, de Venæ ſectione in fluore nimio hæmorrhoidum. III, de Ventris tumore. Orthesii, apud Abrahamum Rouyerium, 1626, in 4.

DIDACVS de SORIA, *Granatenſis*

Certamen Medicum & propugnatio antiquitatis contra innovatores. Granatæ, 1635, in fol.

DIDYMVS

De re ruſtica fragmenta aliquot extant eodem Γεωπονικῶν, ſive de Re ruſtica opere Græco Latinoque ſæpius citato. in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem Baſileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine vero ex interpretatione Ioa. Ruellii, Pariſiis, apud Simonem Colineum, 1530, in fol.

Quæ collabentes comitiales excitant fragmentum, extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 2, ſerm. 2, cap. 15.

DILECTVS LVSITANVS

Ocyrrhoes ſeu præſtantiſſimum morborum auxilium de Venæ ſectione copioſa Methodus. Venetiis, apud Petrum Milochum, 1642, in 4.

DINVS de GARBO, *Florentinus, Peritiſſimus Artis medicæ. Claruit ſecundum Trithemium A. C.* 1300, *ſub Alberto* I *Auſtriaco, & Iohanne* XXII. *Pontifice, & Roberto Siciliæ Rege. Secundum Alios, A. C.* 1343, *ſub Ludovico Bavaro. Obiit Florentiæ. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Cœna & Prandio Epiſtola. Extat cum Andr. Thurini Operibus; Romæ, apud Hieron. de Cartulariis, 1545, in fol. impreſſis.

Recollectiones in Hippocratem de Natura fœtus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1502, in fol. cum aliis ejuſdem argumenti libris.

Chirurgia, cum tractatu ejuſdem de Ponderibus, & menſuris: nec non de Emplaſtris & Vnguentis. Additi ſunt inſuper Gentilis de Fulgineo ſuper tractatu de Lepra: & Gentilis de Florentia ſuper tractatibus de Diſlocatione & fracturis commentarii. Ferrariæ, apud Andr. Gallicum, 1485, in fol. Venetiis, apud Luc-Ant. Iuntam, 1536, in fol.

Enarratio Cantionis Guidonis de Cavalcantibus de Natura & motu amoris. Venetiis, in fol.

Super IV Fen primi Avicennæ præclariſſima commentaria, quæ dilucidatorium totius Practicæ generalis Medicinalis ſcientiæ nuncupantur. Venetiis, 1514, in fol.

Expoſitio ſuper Canones generales de virtutibus medicamentorum ſimplicium. Secundi Canonis Avicennæ. Ibid. 1514, in fol.

DIOCLES CARISTIVS, *Medicus dogmaticus, ſecundus ætate & fama* ab

ab Hippocrate. Plin. lib.29. cap.2. Vixit ſub Dario Hyſdaſpe Rege Perſarum; & ſub Antigono Rege. Iuſtus in Chronol. Medic.

De tuenda ſanitate ad Antigonum Regem libellus. Albano Torino interprete. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. cum Alex. Tralliano ejuſdem. Antonio Mizaldo interprete, Lutetiæ, apud Morellum, 1572, in 8. Francof. apud Ioh. Saurium, 1612, in 12. cum Schola Salernitana.

Aurea ad Antigonum Regem Epiſtola, de morborum præſagiis & eorundem extemporaneis remediis. Antonio Mizaldo interprete. Lutetiæ, apud Federicum Morellum, 1572, in 8.

DIODORVS EVCHYON

De Polychymia libri IV. 1567, in 8. De Aquis, Oleis, Salibus, & Lapide Philoſophico. Amſtelædami, apud Cornel. Nicolai, 1604. in 8.

DIOGENES

Purgatorium pituitam ducens, extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 1, ſerm. 3, cap. 109.

DIOMEDES AMICVS

De Morbis ſporadibus opus novum: in quo ſingulari cum facilitate, exactoque judicio ea omnia, quæ ad illarum corporis affectionum diagnoſticen, prognoſticen, therapeuticen, prophylacticen, analepticen: item ad gerocomicen: denique ad tria medica inſtrumenta in univerſum pertinent, pleniſſime explicantur. Venetiis, apud Ioa. Ant. de Franciſcis, 1605, in 4.

De Morbis communibus liber; ejuſdem Tractatus de Variolis, & Appendix ad librum de morbis communibus, in quo agitur de cauſa præſentis tempeſtatis. Venetiis, apud Franciſc. de Franciſcis, 1596, in 4.

DIOMEDES CORNARIVS, *Suiccavienſis*

Conſiliorum medicinalium habitorum in Conſultationibus à Clariſſ. atque expertiſſimis apud diverſos ægrotos, partim defunctis, partim adhuc ſuperſtitibus medicis, tractatus. Lipſiæ, apud Mich. Lantzenberger, 1595, apud Barth. Vogt, 1599, in 4. Additæ ſunt Obſervationum medicinalium partim ab Autore, partim ab aliis eruditiſſimis Viris annotatæ præmeditationes. Item Hiſtoriæ admirandæ raræ, ab eodem collectæ. Additæ quoque ſunt Orationes quædam ab eodem habitæ.

Conſilium in Stomachi dolore. Extat eo opere quod collegit Laurentius Scholtzius. Hanov. 1610, in fol.

DIONYSIVS ATHANASIVS

Elegia in Gabrielem Fallopium, Medicorum atque Philoſophorum ſui temporis facile principem conſcripta. Extat cum Fallopii de Aquis Thermalibus libris, Venetiis, apud Ludov. Avantium, 1564, in 4.

DIONYSIVS DAZA CHACON

De Chirurgiæ Theoria & Praxi, tomis duobus. Hiſpanice & Latine. Villadolid, 1609, in fol. Matriti, 1626, in fol.

DIONYSIVS FONTANONVS, *Montis-Peſſulanus Medicus undecunque doctiſſimus. Vixit A. C. 1532. Iuſtus in Chronol. Medic. Iuxta Moreau de V. S. in Pleuritide vixit, 1542.*

De Morborum internorum curatione libri quatuor. In lucem dati à Ioanne Renerio; qui ſingulis capitum initiis cauſas & ſigna morborum ex veteribus claſſicis appinxit. Lugd. apud Frellonium, 1550, in 8. apud Ant. Vincentium, 1556, 1605, in 16. Francof. apud Nic. Baſſæum 1600. apud

apud Ioh. Saurium, 1611, in 8. Vtrique huic editioni acceſſerunt Selectæ obſervationes chirurgicæ quinque & viginti Guil. Fabricii Hildani. Item ejuſdem de Gangræna & Sphacelo tractatus Methodicus & ſuccinctus.

Cephalalgiæ à Gallico morbo curatio. Extat in Appendice ad tomum 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 94.

DIONYSIVS IONCQVET, *Medicus Pariſienſis*

Hortus ſive Index Onomaſticus Plantarum quas excolebat Pariſiis, annis 1658, & 1659. Acceſſit ad calcem, Stirpium aliquot paulo obſcurius denominatarum Officinis, Arabibus, aliis per Caſparum Bauhinum Explicatio. Pariſiis, apud Franc. Clouzier, 1659, in 4.

DIONYSIVS POMARET, *Monſpelienſis*

Obſervationes Medicæ. Extant cum Obſervationibus Lazari Riverii. Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 427.

DIONYSIVS SALVAGNIVS BOESSIVS

Septem miracula Delphinatus. I. De Fonte ardenti. II. De Turre veneni experte. III. De Monte inacceſſo. IV, De Tinis Saſſenagiis. V. De Fonte vinoſo. VI. De Manna Brigantienſe. VII. De Barbero. Gratianopoli, apud Phil. Charnys, 1656, in 8.

DIONYSIVS THRIVERIVS

Hieremiæ Patris, Methodum univerſæ Medicinæ publici juris fecit.

DIONYSIVS ZACHARIVS, *Gallus*

Opuſculum Philoſophiæ naturalis metallorum. Extat cum Bern. Treviſani de Chymico miraculo, &c. libro, à Gerardo Dorneo edito Baſileæ, 1583, apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, p. 777.

DIOPHANES, *Nicæenſis*

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. XX. Græce Ioa. Alex. Braſſicani opera in lucem editis, Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce Baſileæ, ap. Ioa. Valder. 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioa. Ruellii, Pariſ. ap. Sim. Colinæum, 1530, in f.

DIOSCORIDES

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Communia auxilia febrium per circuitum repetentium, tetrab. 2, ſerm. 1, cap. 88.

Auxilia ad comitiales, tetrab. 2, ſerm. 2, cap. 16.

Cataplaſmata oculorum lippientium, tetrab. 2, ſerm. 3, cap. 96.

DOMINI de NVYSEMENT

De vero Sale ſecreto Philoſophorum. Et de univerſali mundi ſpiritu. Ludovicus Combachius Latine dedit è Gallico. Caſſellis, 1651, in 8.

DOMINICVS BERTACCHIVS, *Camporegianenſis*

De Spiritibus libri quatuor: nec non de Facultate vitali libri tres. Venetiis, apud Bernard. Iuntam, 1584, in 4.

DOMINICVS BVCIVS, *Carmignolius, Medicus Pedemontanus. Vixit A. C. 1555. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Quæſita quatuor medicinalia, juxta Hippocratis & Galeni ſenten-

 tiam

tiam examinata. I, An pueros citra XIV annum purgare liceat? II, An in quolibet morbo magno, aſſentientibus viribus, & ætate, mittendus veniat ſanguis? III, An à morborum principio purgandum ſit? IV, An in morbi augmento vacuare, ſeu purgare expediat? Venetiis, apud Ioa. Gryphium, 1551, in 8. Lutetiæ, apud Barth. Honoratum, 1555, in 16. cum Marci Ant. Montiſiani Medicis quæſtionibus. Lugduni, 1577, in 12.

DOMINICVS CHABRÆVS

Augmentum Hiſtoriæ Plantarum univerſalis Ioh. Bauhini. Extat ibidem.

DOMINICVS FORELLVS

Conſilia Medica extant eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francofurti, apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

DOMINICVS LEO, *Lunenſis de Zuccano*

Ars medendi humanos particulareſque morbos à vertice uſque ad pedes, in tres ſectiones diviſa, quarum prima Capitis; ſecunda Membrorum ſpiritalium; tertia Membrorum nutritioni & generationi famulantium paſſiones continet. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1583, in fol. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1597, 1627, in 8.

Methodus curandi Febres, Tumoreſque præter naturam, ex Græcorum placitis deprompta. Bononiæ, apud Ioa. Rubeum, 1562, in 4.

De Morbo Gallico Caput ex Methodo curandi febres, &c. extat in Appendice ad primum tomum Operis Veneti de Morbo Gallico. pag. 48.

DOMINICVS de MARCHETIS, *Patavinus*

Anatomia, cui Reſponſiones ad Riolanum, in ipſius animadverſionibus, contra Veſlingium additæ ſunt. Patavii, apud Mathiam Cadorinum, 1654, in 4. Hardervici, 1656, in 12. Accedit Petri de Marchetis nova Obſervatio & Curatio Chirurgica; edita in lucem, à Iacobo Martini, Germano. Patavii, apud Ioa. Baptiſt. Paſquatum, 1554, in 4.

DOMINICVS MARTINVS *de Soſpitello*

Adnotamenta ad Pandectas Medicinæ. Extant cum Matthæi Sylvatici opere Pandectarum. Lugduni, apud Hugon. à Porta, 1541, in fol.

DOMINICVS MASSARIVS, *Vicentinus*

De Ponderibus & Menſuris medicinalibus libri tres. Papiæ, apud Bernardin. de Garaldis, 1516, in fol. cum Angli Bolognini, Alex. Benedicti, Ioa. Almenar, & aliorum operibus, poſtea vero ab innumeris mendis Conradi Geſneri opera repurgati. Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8. Huic accedunt etiam alia quædam ejuſdem argumenti; omnia ſtudio Caſpari Wolphii Tigurini in lucem edita.

DOMINICVS MONTHESAVRVS

Correctiones Syntagmatis, Simeonis Sethi de Cibariorum facultate. Extant ibidem.

DOMINICVS PANAROLVS, *Romanus*

Iatrologiſmorum, ſeu Medicinalium Obſervationum Pentecoſtæ quinque, utilibus præceptis, ſingularibus medelis, reconditis ſpeculationibus, portentoſis caſibus refertæ. Quibus diverſa, eaque curioſa in calce adduntur opuſcula. Nempe de Simplicium cognitione Medico neceſſaria. Plantarum Amphitheatralium Catalogus. Chamæleo examinatus. Arcanorum faſciculus primus, & ſecundus. Romæ, apud Franc. Monetam

tam, 1652, in 4. Francofurti, apud Ioan. Beyerum, 1653, in 4. Hanoviæ, 1654, in 4.

Polycarponia ſeu Variorum fructuum labores. Romæ, 1647, in 12.

DOMINICVS TERELIVS, *Lucenſis*

De Generatione, & Partu hominis libri duo. Lugduni, apud Alex. Marſilium, 1578, in 8.

DOMINICVS TERILLVS, *Venetus*

De cauſis mortis repentinæ diſtinctiſſima tractatio, in qua etiam diſputatur, quid ſit mors, & vita in genere, & quæ mortis cauſæ communes. Singula vero, quæ de cauſis mortis repentinæ enarrantur, hiſtoriis & obſervationibus ad rem facientibus locupletantur. Venetiis, apud hæred. Damiani Zenarii, 1615, in 4.

De Veſicantium recto uſu, ac utilitatibus, mirificiſque in praxi eorum fructibus. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Bartonum, 1607, in 4.

DOMINICVS VISNA

Animadverſiones in Theophraſtum de cauſis plantarum. Piſis, 1625, in 4.

DOMINICVS ZONELLVS

De expuitione purulenta cum Tuſſi & Febricula Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francofurti, apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 157.

DOMITIVS MEARA

Pathologica hæreditaria. Dublini, apud Ioh. Franctonium, 1619, in 8.

DONATVS ANTONIVS ab ALTOMARI, *Medicus ac Philoſophus Neapolitanus. Inclaruit circa A. C.* 1558. *Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia in unum collecta, & ab eodem Auctore diligentiſſime recognita & aucta: cum locis omnibus in margine additis. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1565, in fol. Neapoli, 1573, in fol. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1574, apud Mejett, 1600, eadem forma. Huic edit. acceſſerunt duæ tabulæ de Pulſibus: & Emendatio ponderum per columnas.

Sunt autem hæc:

De Vtero gerentibus, quod pro præſervatione aborſus Venæſectio non competat ex Hipp. & Gal. ſententia.
De Alteratione, concoctione, digeſtione, præparatione, ac purgatione.
De Sedimento in urinis.
Quod functiones principes juxta Galeni decreta anima non in cerebri ſinubus, ſed in ipſius corpore exerceat.
Quod naturalis ſpiritus in doctrina admittatur, & non omnino ſit abolendus, ut quibuſdam viſum eſt.
Quod exquiſita tertiana, ad ejuſdem Hippocratis & Galeni ſententiam in genere acutorum morborum contineatur.
De Sanitatis latitudine.
De medendis humani corporis malis ars medica.
De medendis Febribus.
De Peſtilenti febre.
De Mannæ differentiis, ac viribus, deque eas dignoſcendi via ac ratione.
De Vinaceorum facultate, & uſu.

Seor-

Seorſim extant :

Methodus alterationis, concoctionis, digeſtionis, præparationis, ac purgationis. Ex Hippocratis & Galeni ſententia. Venetiis, apud Gryphium, 1547, in 4. Lugduni, 1548, in 12.

Nonnulla opuſcula nunc primum in unum collecta & recognita, cum locis omnibus in margine additis. Quibus ultimo accedit de Sanitatis latitudine tractatus, una cum ejuſdem latitudinis tabula, denuo in lucem editus. Venetiis, apud Marcum de Maria, 1561, in 4. Sunt autem iis, quæ jam recenſuimus, priora ſeptem.

Ars Medica de medendis morbis. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1553, in 4. Lugduni, apud Frellonium, 1559, in 8. Venetiis, apud Marc. de Maria, 1565. apud Paulum Mejettum, 1597, in 4. apud Mejett. 1600.

De Medendis Febribus. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1555. in 4. Venet. 1562, in 4.

Tabulæ de Differentiis Pulſuum.

DONATUS à MUTIIS, *Raguſæus Medicus. Vixit A. C.* 1536. *Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Epiſtola de Therebinthinæ reſinæ facultatibus. Lugd. apud Melch. & Gaſpar. Trechſel, 1534, in 8. cum Pentapharmaco Gallico Symphoriani Campegii.

In interpretationem Galeni ſuper quatuordecim Aphoriſmos Hippocratis Dialogus. Multa in hoc dialogo, præter omnium fere Medicorum hactenus obſervationem, raræ & abſtruſæ eruditionis enucleantur: multa in Galeni interpretationes argutiſſime animadvertuntur: non pauca denique ad Medicæ artis perfectionem hactenus deſiderata circa finem dialogi explicantur. Anno 1547, in 4.

DUNCANUS BORNETTUS, *Scotus*

Iatro-chymicus, ſive de Præparatione, & compoſitione medicamentorum chymicorum artificioſa tractatus. Editus ſtudio Ioan. Dan. Mylii, Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1616, in 4. Francof. typis Kempfferi, 1621, in 4.

DUNCANUS LIDDELIUS, *Scotus*

Operum Iatro-Galenicorum, ex intimis artis Medicæ adytis & penetralibus erutorum, tomus unicus. Nunc recens ab erroribus, & tractatuum & capitum ἀταξίᾳ vindicatus; notatiunculis aliquot in margine auctus, & illuſtratus, opera & ſtudio Ludovici Serrani, Neomagenſis. Lugduni, apud Antonium Card, 1624, in 4.

Hæc Opera ſeptem libris comprehenduntur :

I. Eſt de Phyſiologia.
II. De Pathologia.
III. De Signis Medicis.
IV. De Therapeutica, & de Victus ratione in ſanis & ægris.
V. VI. VII. De Febribus & earum Symptomatibus, de Peſte, de Variolis, & Morbillis.

Seorſim extant :

Ars Medica ſuccincte & perſpicue explicata. Hamburgi, apud Frobenium, 1607, in 8, & 1628, in 8. Huic editioni acceſſit ejuſdem Tractatus de dente aureo pueri Sileſii contra Horſtium, ex Muſæo Ioachim Mori

Morſii nunc primum prolatus. Item Ioannis Ieſſenii à Ieſſen Relatio de Ruſtico Bohemo cultri vorace.

De Febribus libri tres. Ibidem, 1610, eadem forma.

Vniverſæ Medicinæ Compendium, quod nervoſis aliquot diſputationibus in illuſtri Iulia quondam incluſit. Helmæſtadii, apud hæred. Iacobi Lucii, 1605, 1629, in 4.

Sunt autem Diſputationes:

Phyſiologicæ decem.	Therapeuticæ ſeptem.
Pathologicæ novem.	De Febribus decem.
Semeioticæ tres.	

DVRANS SCACCHVS, *Fabrianenſis*

Subſidium Medicinæ, in quo quantum docta manus præſtet ad immanes morbos evellendos, mirum in modum eluceſcit. Vrbini, apud Raguſios, 1596, in 8.

E.

EBENESVS

Commentarii in v Canonem Avicennæ. Venetiis, apud Dominum de Tridino, 1547, in fol. cum Avicennæ libro de Removendis nocumentis, quæ accidunt in regimine Sanitatis.

ECCARDVS LEICHNERVS, *Thuringus*

De motu Sanguinis exercitatio anti-Harveiana. Amſtadiæ, apud Joh. Bircknerum, 1645, 1655, in 12. Ienæ, 1653, in 12.

Πένϑος Exercitationum, de Calido innato, in Academia Erffurtina antehac publice diſputatarum. Erffurti, apud Paulum Michaëlem, 1654, in 4.

Atomorum Subcœleſtium Syndiacriſis. Ibid. 1645, in 4.

De Generatione exercitationes Phyſicæ. Ibid. 1649, in 4.

De Cordis & Sanguinis motu Hypomnemata VII. Ienæ, 1653, in 12.

ECKERDIVS HEIDENECCIVS

Mnemoneuticon in Aphoriſmos Hippocratis tabulis comprehenſum. Baſileæ, apud Seb. Henr. Petri, in 4.

EDMVNDVS DEANVS, *Anglus*

Samuelis Nortoni Catholicon Phyſicorum edidit.

Ejuſdem: Mercurium Redivivum. Francof. 1630, in 4.

EDMVNDVS HOLLINGVS, *Eboracenus Anglus*

De Chyloſi, hoc eſt, prima ciborum, quæ in ventriculo fit, concoctione, pro veteri Medicorum Schola, Diſputatio. Ingolſtadii, apud Alexandrum Weiſſenhorn, 1592, in 8.

De Salubri Studioſorum victu, hoc eſt, De Literatorum omnium valetudine conſervanda vitaque diutiſſima producenda libellus. Ingolſtadii, apud Andream Angermarium, 1602, in 8.

Medicamentorum œconomia nova. Ingolſtadii, apud Eliſabetham Angermariam, 1610, 1615, in 8.

Ad epiſtolam quandam à Martino Rulando Medico Cæſareo, de lapide

lapide bezoar & fomite luis Vngariæ typis editam, reſponſio. Ingolſtadij, apud Andr. Angermarium, 1611, in 8.

EDOARDVS KELLEVS, *Anglus*

Fragmenta aliquot à Combachio edita. Geiſmariæ, 1647, in 12.

EDOARDVS MEDEIRA, *Arras*

Novæ Philoſophiæ & Medicinæ, de Qualitatibus occultis, à nemine unquam excultæ pars prima, Philoſophis & Medicis perneceſſaria, Theologis vero apprime utilis. Accedit inaudita Philoſophia, de Arboris Vitæ Paradiſi qualitatibus; de Viribus Muſicæ; de Tarantula; ac Qualitatibus electricis & magneticis. Vliſſiponæ, apud Emanuelem Comitem de Troalſo, 1650, in 8.

EDVARDVS WOTTON, *Oxonienſis*

De differentiis Animalium libri decem. Lutetiæ Pariſiorum, apud Vaſcoſanum, 1552, in fol.

EDO NEVHVSIVS

Fatidica Sacra ſive de Divina Futurorum prænunciatione. Amſtelodami, 1635, in 8.

Theatrum Ingenii humani, ſive de cognoſcenda hominis Indole & Secretis animi moribus. Amſtelodami, 1633, in 8.

Theatri ingenii humani liber ſecundus. Ibid. eodem anno & forma.

EFFERRARIVS, *Monachus*

De lapide Philoſophorum ſecundum verum modum formando Epiſtola. Extat cum Veræ Alchemiæ ſcriptoribus aliquot, à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 232, tomi II. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8.

EILARDVS LVBINVS

Epiſtolarum veterum Græcorum, nempe Hippocratis, Democriti, Heracliti, Diogenis, Cratetis, Phalaridis, Bruti, Aliorumque ad eoſdem. Verſio Latina, cum Textu Græco. Francof. apud Commelinum, 1609, in 8.

EITEL IOACHIMVS KRVPPEL

De morbo Gallico, 1616, in 8.

ELIAS BONVINIVS, *Vratiſlavienſis*

De Theriaca liber, quo de Theriacæ deſcriptione, ingredientium delectu, quantitate, præparatione, ipſius denique antidoti compoſitione ex Andromachi Senioris mente agitur. Vratiſlaviæ, apud Georgium Baumman, 1610, in 8.

ELPIDIVS BERRELARIVS, *Piſcienſis*

Tractatus de Riſu. Florentiæ, apud Coſmum Iuntam, 1603, in 4.

ELLVCHASEM ELIMITHAR, *de Baldach, Filius Habadum, filii Ducellam de Baldach. Videtur fuiſſe Indus. Vixit A. C. 1305. Iuſtus in Chron. Medic.*

Tacuini ſanitatis, de ſex Rebus non-naturalibus, earum naturis, operationibus, & rectificationibus, publico omnium uſui, conſervandæ Sanitatis, recens exarati. Additi ſunt Albengneſit de Virtutibus Medicinarum, & Ciborum: Iacobus Alkindus de rerum gradibus. Argentorati, apud Ioa. Scottum, 1531, 1533, in fol.

EMANVEL GOMESIVS

De Peſtilentiæ curatione methodica tractatio, in qua cauſæ, ſigna præambula, medicamina anteprovida & ſanantia. Antverpiæ, apud Ioach. Trognæſium, 1603, in 4. Lovanii, apud Iac. Zegers, 1637, in 8.

EMANVEL MARTINEZ, *Complutenſis*

De Rebus naturalibus, non naturalibus & contra naturam Libri tres. Additus eſt Tractatus de Modo dignoſcendi Morbum, cauſam, Partem affectam, & reliqua curationem præcedentia. Compluti, apud Anton. Duplaſtre, 1637, in fol.

EMANVEL NONNIVS, *Olyſipponenſis*

De tactu, & tactus organo liber unus. Olyſipponæ, apud Antonium de Lyra, 1589, in 8.

EMANVEL STVPANVS, *Baſilienſis*

Vere aureorum Aphoriſmorum Hippocratis enarrationes, & commentaria aphoriſtica, nova methodo ejuſmodi in ordinem digeſta, quo generalibus præcedentibus tabulis, quilibet Aphoriſmi ad proprium ſuum redacta locum; Phyſiologici in Phyſiologia, &c. juxta uniuſque Iatrices partis ſectionum pertractantur ſeriem; ex iiſdemque prima principia & præcipua totius artis Medicæ, pulcre eliciuntur fundamenta, & complures graviſſimæ deciduntur controverſiæ. Baſil. apud eundem, 1615, in 8.

Batthol. Caſtelli Lexicon Medicum auxit.

Ioa. Riolani Artis Medicinalis Syſtema, in formam 8. redactum, recognovit, ſtudioſiſſime emendavit, & edidit.

Leonardi Fuchſii Inſtitutiones Medicas ab innumeris pæne erroribus repurgatas, plurimis in locis auctiores reddidit.

Præcipua Pſeudothymias capita ex Paracelſo. Baſileæ, 1621, in 4.

Epiſtolæ binæ, extant in ciſta Medica Hornungi. Norībergæ, 1625, in 4.

EMANVEL SWEERTIVS, *Septimontius*

Florilegium, tractans de variis floribus & aliis Indicis plantis, ad vivum delineatum, duabus partibus & quatuor linguis concinnatum. Francof. apud Antonium Kelnpner, 1612, in fol. Amſtelædami, 1641, in fol.

EMANVEL VRSTISIVS

De graviſſimis quibuſdam capitis aliarumque partium vulneribus, & fœtore cadaveris poſt mortem maximo ac teterrimo. Item de Cornuto quodam homine hiſtoria admiranda, Obſervatio. Extat cum Guil. Fab. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. 1 1. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 99.

De Pleuritide notha Epiſtola, extat Cent. 1 Epiſtol. Hildani. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 308.

EMBITAR, *Arabs*

Tractatus de Limonibus, Latinitate donatus ab Andrea Alpago. Pariſiis, apud Bindonum, 1602, in 4.

ENGELBERTVS LAMELIN, *Cameracenſis*

De Vita longa libri duo, quibus adjuncta ſunt commoda & incommoda ſobriæ & moderatæ vitæ. Nec non etiam tractatus de peſte, ejuſque præſervatione à patre ejuſdem compoſitus, ab ipſo autem

tem è Gallico in Latinum tranſverſus. Inſulis, apud Petrum de Rache, 1628, in 12.

Epiphanius, *Epiſcopus Conſtantiæ*

Ad Phyſiologum D. Conſali Ponce de Leon Hiſpalenſis interpretis & Scholiaſtæ, bimeſtre otium. Romæ, apud Zanettum & Ruffinellum, 1587, in 4, Græce & Latine.

De xii Gemmis, quæ erant in veſte Aaronis, liber Græcus, & è regione Latinus, Iola Hierotarantino interprete, cum Corollario Conradi Geſneri. Extat cum opere de Omnium foſſilium genere à Geſnero edito, Tiguri, apud Iacob. Geſnerum, 1566, in 8.

Epiphanius Ferdinandus, *Meſſapienſis*

Theoremata Medica & Philoſophica, mira doctrinæ varietate, novoque ſcribendi ordine donata, & in tres libros digeſta. Venetiis, apud Thomam Ballionum, 1611, in fol.

Centum hiſtoriæ, ſeu Obſervationes & caſus medici, omnes fere medicinæ partes, cunctoſque Corporis humani morbos continentes, quæ non minus ob Theoricam, & praxin, quam ob variam eruditionem, aureaſque digreſſiones, erunt Philoſophis, & Medicis, aliarumque bonarum artium ſtudioſis apprime utiles, neceſſariæ, ac perjucundæ, lectuque digniſſimæ. Ibidem, apud eundem, 1621, in fol.

De vita proroganda, juventute conſervanda, & ſenectute retardanda. Neapoli, apud I. B. Gargam & Lucretium Muccium, 1612, in 4.

Aureus de Peſte libellus varia, curioſa & utili doctrina refertus, atque in hoc tempore unicuique apprime neceſſarius. Neapoli, apud Dominicum Maccaranum, 1631, in 4.

Erasinus

Laudes Medicinæ, verſu redditæ per Eobanum Heſſum. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

Erasmus Hedenus

De Contagione & infectione Peſtifera admonitio. Lipſiæ, 1598, in 4.

Erasmus Remboldus

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Norimbergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Erasmus Roterodamus

Galeni Paraphraſtæ Menodoti filii ſuaſoriam ad Artes orationem ex Græco, in Latinum vertit.

Item ejuſdem: De optimo docendi genere.

Erasmus Stella, *Libanothanus*

De Gemmis libellus unicus. Accedit Plinius Secundus de Gemmis. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1530, in 8.

Erhardus Cellius

De vita & morte nobilis ac clariſſ. viri Philippi Apiani Ingolſtadienſis, Med. Doct. ac Profeſſ. in Academia Tubingenſi, anno 158[illegible] die 4 Novemb. pie in Chriſto mortui. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1591, in 4.

Erhardus Hedeneccius, *Villacenſis*

Μνημονικὴν ſeptem Hippocratis Aphoriſmorum ſectionum,

φιλιατ

φιλιατρῶν gratiam & uſum tabulis comprehenſum. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1585, in 4.

ERICVS MOHY, *Eburon*

Tertianæ Criſis. Qua DD. Petri Barbæ Protomedici Praxi curandæ tertianæ, & V. F. Plempii Profeſſoris Lovanienſis primarii animadverſio diſcutitur, ac legitima demum Tertianæ curatio exponitur. Lovanii, 1642, in 4.

Pulvis Sympatheticus, quo vulnera ſanantur, abſque medicamenti ad partem affectam applicatione & ſuperſtitione; Galenicorum Ariſtotelicorumque cribro ventilatus, 1634, in 4. ſuppreſſo loci & typographi nomine.

ERNESTVS FRIDERICVS FABRICIVS, *Charitinus*

Medicinæ utriuſque Galenicæ & Hermeticæ Anatome Philoſophica, brevem, ſuccinctam & perſpicuam abſolutæ artis Medicæ oculis ſubjiciens Sciagraphiam. Francofurti, apud Ioh. Frider. Weiſſenhorn, 1633, in fol.

ERNESTVS HEINRICVS

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ERNESTVS REVCHLINVS

Amuletum contra Peſtilentiam. Magdeburgæ, apud Andr. Ghene, 1564, in 8.

ERNESTVS SONERVS, *Noribergenſis*

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Melancholia Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

EROTIANVS

Vocum, quæ apud Hippocratem ſunt, collectio. Cum Annotationibus Bartholomæi Euſtachii. Venetiis, apud Luc-Antonium Iuntam, 1566, in 4.

EROTES

Muliebrium liber, extat in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 42. Cum Medicis antiquis, Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 71.

ESDRA

Antidotus extat apud Aëtium Amidenum, tetrab. 4, ſerm. 1, c. 101.

EVAX, *Rex Arabum, Medicinæ ſtudioſiſſimus, familiaris Neroni. Vixit A. C. 59. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de Pleurit. Vixit A. C. 50.*

De Gemmis ſcriptum, olim à Poëta quodam non infeliciter carmine redditum, & nunc primum in lucem editum. Opera & ſtudio D. Henrici Rantzovii. Lipſiæ, apud Georg. Deſnerum, 1585, in 4.

EVANDROPHYLAX

Adverſus Aceſiam Cacodoxum, qui ſe falſo Eudoxum Philalethem facit, Antapologia. Brixiæ, apud hæredes Damiani Turrini, 1572, in 4. Auctor eſt Vincentius Calzavelia Brixianus.

EVANGELISTA QVATRAMMVS, *de Augubio*

Tractatus brevis de Præſervatione & Curatione Peſtis. Romæ olim

L ante

ante xxx annos editus. Iam vero ex Italico Latinus operâ Andr. Hiltebrandi M. Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1618, in 8.

Tractatus de Theriaca & Mithridatio. Ferrariæ, 1597, in 4.

EVARDVS LEICHNERVS, *Saltzunga Thuringus*

De Generatione ſeu propagativa Animalium, Plantarum, & Mineralium Multiplicatione, Exercitationes Phyſicæ Antiperipateticæ xx. Vna, eaque poſtrema, Humanæ Animæ Traductionem adverſus omnes contradicentium Strophas, invictiſſime demonſtrat. Erfurti, apud Spangenberg, 1649, in 4.

De Cordis & Sanguinis motu Hypomnemata ſeptem. Ienæ, apud Chriſtian. Laur. Kempffium, 1653, in 12.

EVCHARIVS RHODION, *Medicus Francofortenſis ad Mœnum, Simplicium Indagator non inelegans. Vixit A. C.* 1548. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Partu hominis, & quæ circa ipſum accidunt, adeoque de Parturientium & Infantium morbis, atque cura libellus. Pariſiis, 1535, in 8. Venetiis, apud Bernardinum Bindonis, 1536, in 12. Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1551, 1556, in 8.

EVDOXVS PHILALETHES

Adverſus calumnias & ſophiſmata cujuſdam Perſonati, qui ſe Enandrophylacten nominavit, Apologia. Veronæ, apud Sebaſt. à Donnis, 1573, in 4. Auctor eſt Hieronymus Donzellinus.

Adverſus calumnias cujuſdam perſonati pro libello de Febre peſtilente Hieronymi Donzellini Apologia. Venetiis, apud Sebaſt. à Donnis, 1574, in 4.

EVMELVS

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce Baſileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

EVRICIVS CORDVS, *Simeſuſius, Profeſſor Academiæ Marpurgenſis, Herbarum Indagator exquiſitiſſimus. Obiit A. C.* 1538. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Botanologicon, ſive Colloquium de Herbis. Coloniæ, apud Ioan. Gymnicum, 1534, in 8. Pariſiis, apud Morellum, 1551, in 16. una cum Valerii Cordi Annotationibus ad Dioſcoridem.

Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca in Latinos verſus redacta. Francof. apud Chriſtoph. Egenolphum, 1532, in 8.

Iudicium de Herbis, & medicamentis ſimplicibus. Ibidem, 1549, cum Dioſcoridis contextu, & Gualtheri Ryffii Scholiis.

De abuſu Vroſcopiæ concluſiones, earundemque enarrationes, adverſus mendaciſſimos errones medicaſtros, qui imperitam plebeculam vana ſua uroſcopia & medicatione, miſere bonis & vita ſpoliant. Ibid. 1546, in 8.

EVSTACHIVS MATERENSIS

Carmina de Bajanis Thermis, quibus quæque morbis medeantur. Venetiis, 1587, in 4.

EVSTACHIVS QVERCETANVS

Acroamaton in librum Hippocratis de Natura hominis Commentarius

tarius unus. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1549, in 8. cum ejuſdem Scholiis in lib. Gal. de Temperamentis.

EVSTACHIVS RVDIVS, *Vtinenſis*

De uſu totius corporis humani liber. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1588, in 4.

Liber de Anima. In quo probatur Galenum de Vegetalis, & Sentientis animæ ſubſtantia reliquis omnibus rectius ſenſiſſe; veriora tum mortis, tum vitæ principia & cauſæ traduntur, nec non rationalis animæ immortalitas efficaciſſimis rationibus probatur. Patavii, apud Petrum Bertellum, 1611, in 4.

De Pulſibus libri duo. Qui omnia, quæ à Galeno decem & octo libris de Pulſibus dicta ſunt, ſed clara nihilominus, & accurata methodo complectuntur. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1602, in 4. Francof. apud Ioan. Spieſſium, 1602, in 8. Ibidem, apud Zonnerum, 1642, in 8.

Ars Medica, ſeu de omnibus humani corporis affectibus, ſive internas ejus, ſive externas partes, ſive etiam totum corpus obſideant, medendis, Libri quatuor. Ipſam etiam Theoricam partem vulgo dictam totam, & Practicam ſinu ſuo complectens, & non ſolum Therapeuticen, ſeu Curatricem, verum quoque Prophylacticen, aut Conſervatricem, & tam Chirurgicen, quam Phyſicen appellatam, cum Veteribus Græcis, & Arabibus, tum recentioribus noſtræ ætatis doctiſſimis & expertiſſimis Medicis uſitatam, exactiſſimo ordine diſpoſitam, ſingulari cum facilitate fuſe pariter, ac methodice docentes, & explicantes. Liber primus, in quo de Capitis, Cervicis, Thoracisque vitiis diſſeritur. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1590, 1592. apud Ioa. Ant. & Iac. de Franciſcis, 1608, in fol.

Artis Medicæ, aut de Humani corporis affectibus, ſive internas ejus, ſive externas partes, ſive etiam totum corpus obſideant, medendis, Liber ſecundus: Partium nutritioni, generationi, articulationibusque inſervientium affectus accurata valde, & perſpicua, perfectaque methodo explanans. Ibidem, apud utroſque, iiſdem annis, ae formis.

Artis Medicæ, ac de Humani corporis affectibus medendis, Liber tertius, in quo de Febribus, & aliis totum corpus obſidentibus vitiis agitur, atque omnis fere Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, Prognoſticæ, Therapeuticæ doctrina, & Theoremata breviſſime, ſimul, & uberrime, &c. traduntur. Ibidem, apud eoſdem, anno, forma iiſdem. Apud Franc. de Franciſcis, 1596, in fol.

De Affectibus externarum corporis humani partium, Libri ſeptem. In quorum primis quinque de Morbis; in duobus reliquis de Symptomatibus quam accurate diſſeritur; utriſque & Chirurgis, & Phyſicis communes, & utiliſſimi. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Iac. de Franciſcis, 1606, apud Societatem, eodem anno, in fol.

De Vlceribus libri tres, non minus Phyſicis, quam Chirurgis vocatis Medicis utiliſſimi. Patavii, apud Franc. Bolzettam, 1602, in 4.

De Tumoribus præter naturam, Libri III. Venetiis, apud Ciottum, 1600, in 4.

De Morbis occultis, & venenatis libri quinque. In quibus hæc Medicinæ pars, reliquarum omnium præſtantiſſima, & utiliſſima, quæ hacte-

nus tenebris circumſepta jacuit, ſoloque empirico ritu tractata fuit, ad lucem, & certam rationalem methodum revocatur. Venetiis, apud Thomam Baglionum, & Societatem, 1610, in fol.

De Morbo Gallico libri quinque: à Mundino Mundinio è privatim domi legentis ore excepti, atque ita diviſi, in capitaque diſtributi. Venetiis, apud Damzenarium, 1604.

EWALDVS ab HOGELANDE

Hiſtoriæ Tranſmutationis Metallicæ. Cui acceſſit Raimundi Lulli Vita. Coloniæ Agripp. 1604, in 8.

EWALDVS VOGELIVS

Hiſtoriæ aliquot Tranſmutationis Metallicæ pro defenſione Alchimiæ contra hoſtium rabiem. Coloniæ Agrip. 1604, in 8.

De Lapidis Phyſici conditionibus liber: quo abditiſſimorum Auctorum Gebri & Raymundi Lullii methodica continetur explicatio. Et Chemiſtarum omnium opera tanquam ad normam examinantur, utrum in perfectionis via conſiſtant, nec ne. Coloniæ, apud Henric. Falckenberg, 1595, in 8. Extat quoque volumine III Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

EZECHIEL BEYER

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Norimbergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

EZECHIEL de CASTRO

Ignis lambens, hiſtoria medica, proluſio phyſica, rarum pulchreſcentis naturæ ſpecimen. Veronæ, apud Franciſcum Rubæum, 1642, in 8.

Amphitheatrum medicum, in quo Morbi omnes, quibus impoſita ſunt nomina ab Animalibus, raro ſpectaculo debellantur. Liber primus, ab homine in morbo palimbulo. Veronæ, apud Franc. Rubeum, 1646, in 8.

F.

FABIANVS SOMMERVS, *è Thermis Carolinis oriundus*

De inventione, deſcriptione, temperie, viribus, & uſu Thermarum Caroli IV Imp. Lipſiæ, apud Ioh. Steinman, 1571, in 8. apud Abrahamum Lamberg, 1589, in 8.

FABIVS COLVMNA

Φυτοβάσανος, ſive Plantarum aliquot hiſtoria: in qua deſcribuntur diverſi generis Plantæ veriores, ac magis facie, viribus reſpondentes, antiquorum Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii, Galeni, aliorumque delineationibus, ab aliis hucuſque non animadverſæ. Acceſſit inſuper Piſcium aliquot, Plantarumque novarum hiſtoria. Neapoli, apud Ioa. Iac. Carlinum & Ant. Pacem, 1592, in 4.

Minus cognitarum rariorumque noſtro cœlo orientium ſtirpium ἔκφρασις. Qua non paucæ ab Antiquioribus Theophraſto, Dioſcoride, Plinio, Galeno, aliiſque deſcriptæ, præter illas etiam in φυτοβασάνῳ editas, diſquiruntur ac declarantur. Item, de Aquatilibus aliiſque nonnullis animalibus libellus. Romæ, apud Iacobum Maſcardum, 1616, in 4. prima pars Romæ excuſa eſt, 1606, altera, 1616.

Purpura, hoc eſt, de purpura ab animali teſtaceo fuſa, de hoc ipſo animali,

animali, aliiſque rarioribus teſtaceis quibuſdam tractatus. Romæ, apud eumdem, 1616, in 4.

FABIVS PACIVS, *Vicetinus*

Commentarius in ſex priores Galeni libros Methodi medendi. Vicetiæ, apud Georg. Græcum, 1598, in fol.

Commentarius in ſeptimum Galeni librum Methodi medendi, quæſtionibus Phyſicis, & Medicis refertus: & de Morbo Gallico per Methodum curando. Vicetiæ, apud Franc. Groſſum, 1608, 1610, in fol.

FABIVS PAVLINVS, *Vtinenſis*

De Viperis in trochiſcorum apparatu pro Theriaca adhibendis diſputatio. Venetiis, apud Rubeum Mejettum, 1604, in 4.

Prælectiones Marciæ, ſive Commentaria in Thucydidis hiſtoriam, ſeu narrationem de Peſte Athenienſum. Venetiis, apud Iuntas, 1603, in 4.

In libros Artis medicinalis Galeni per tabulas œconomia. Extat cum Operibus Ioa. Argenterii. Hanoviæ, apud hæredes Cl. Marnii, 1610, in fol.

FABIVS VLMVS

De Mellis decenti quantitate pro Mellis & Theriacæ decenti quantitate. Venetiis, 1614, in 4.

FABRITIVS BARTOLETVS, *Bononienſis*

Anatomica humani microcoſmi deſcriptio, per theſes diſpoſita, in Clariſſimo Amphitheatro Piſano propoſita. Bononiæ, apud Sebaſt. Bonomium, 1619, in fol.

Encyclopædia Hermetico-Dogmatica, ſive orbis doctrinarum medicarum Phyſiologiæ, Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, & Therapeuticæ. Bononiæ, apud Sebaſt. Bonomium, 1619, in 4.

Methodus in Dyſpnœam, ſeu de Reſpirationibus libri quatuor. Cum Synopſibus. Quibus quintus pro colophone acceſſit de Curationibus ex Dogmaticorum & Hermeticorum penu depromptis. Bononiæ, apud hæredes Euangeliſtæ Dozzæ, 1633, in 4.

De Hydrope Pulmonum. Bononiæ, 1629, in 4.

FABRITIVS COCANARIVS, *Tibur*

Theonoſton, ſeu de Vita producenda, atque incolumitate corporis conſervanda dialogus. Coloniæ, apud Gerhardum Grevenbruch, 1620, in 4. Romæ, 1617, in 4.

FABRITIVS PADVANVS, *Forolivienſis*

Tractatus duo. Alter de Ventis: Alter de Terræ motu. Bononiæ, 1601, in fol.

FABRITIVS PAVLINVS

Prælectio de Catena Aphoriſ. Hippocrat. primæ ſectionis, edita à Iohanne de Medicis. Venetiis, in 4.

FABRITIVS VEZALVS

De Expuitione cruenta cum Febre hectica Conſilium extat eo in opere, quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 159.

FACONDINVS ANGELINVS, *Ariminenſis*

Methodus pro Veneſectione eligenda. Patav. 1641, in 4. Ib. 1650, in 4.

FEDERICVS BONAVENTVRA, *Vrbinas*

De natura partus octimeſtris adverſus vulgatam opinionem libri decem.

decem. In quibus abſolutiſſima de humani partus natura cognitio traditur. Francof. 1601, in fol. Venetiis, 1602, in fol.

Anemologia, ſeu de Affectibus, ſignis & cauſis Ventorum. Vrbini, apud Barthol. & Sim. Raguſios, 1594, in 4.

Vtrum homo affici rabie poſſit, affectus interire, ex Ariſtotelis ſententia. Exſtat cum Opuſculis editis Vrbini, apud Marc. Anton. Mazzantinum, 1627, in 4.

FEDERICVS CHRYSOGONVS, *Iadertinus*

De modo Collegiandi, Prognoſticandi, & Curandi febres, nec non de humana felicitate, ac denique de fluxu & refluxu maris, Lucubrationes. Venetiis, apud Ioa. Ant. de Sabbio, 1528, in fol.

FEDERICVS IAMOTIVS, *Bethunienſis*

Galeni Paraphraſtæ Menodoti filii ſuaſoriam ad Artes Orationem recognovit, & annotationibus illuſtravit.

Demetrii Pepagomeni Tractatum de Arthritidis natura, & Curatione, ex Græco, in Gallicum tranſtulit idioma.

FEDERICVS MORELLVS

Hippocratis de Pharmacis purgantibus libellus. Ex Cujaciano Cod. à R. P. S. I. exſcriptus: hactenus in pleriſque Hippocratis editionibus deſideratus. Quem & Latinè vertit & Notis illuſtravit. Pariſiis, apud Ioh. Libert, 1621, in 24.

Iatroſophiſtæ librum, de Vrinis, Græcum, Latine vertit.

Antonii Pichonii Verſionem Latinam, Explicationis Nicephori Gregoræ, in Librum Syneſii de Inſomniis, recognovit, una cum Operibus Syneſii.

Theophili de Vrinis, Græcum, Latine interpretatus eſt.

FELICIANVS BETERA, *Brixianus*

De cunctis humani corporis affectibus. Maligna ſcilicet & deleteria qualitate. De Febribus malignis & peſtilentibus, De Morbo Gallico, Venefico, Malignitate, Feritate, Cacurgia, Veneno, Corruptione, Putredine, Fermentatione. De Putredinis peſtilentis forma, morbiſque fulminantibus, & vulgaribus pro tertii libri Aphoriſmorum ordine præſagiendis, deſumpta occaſione ex peſte Brixiani anni 1577, exactiſſima tractatio. Quæ in duodecim libris reſolvitur. Vbi tota fere Ars medica ad ſummum cauſarum, ſignorum, curationumque maximo cum ejuſdem quotidiano fructu, per divinum veluti quoddam ſublimata eſt. Brixiæ, apud Franc. Thebaldinum, 1591, 1601, 1629, in fol.

Enarrationes in morborum malignitatem, in obitu Michaëlis Boni Brixiæ Prætoris celeberrimi. Brixiæ, apud Sabbios, 1611, in fol.

FELIX ACCOROMBONVS

Sententiarum difficilium Theophraſti, in Lib. de Plantis explicatio. Romæ, 1590.

In Librum Galeni de Temperamentis Annotationes. Ibidem, 1590.

FELIX CASTELLVS

Conſilia Medica extant eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605. in 4.

FELIX HEMMERLIN

De Balneis naturalibus excerpta extant Operis Veneti de Balneis, p. 290.

FELIX

Felix Platervs, *Baſilienſis*

De Partium corporis humani ſtructura, & uſu libri tres. Tabulis methodice explicati, Iconibus accurate illuſtrati. Baſileæ, apud Ambroſium Frobenium, 1583, in fol. apud Ludov. König, 1603, eadem forma.

Quæſtiones Phyſiologicæ de partium in Vtero conformatione, extat cum Severino Pindo de Notis Virginitatis. Lugd. Batavor. 1650, in 12.

De Mulierum partibus generationi dicatis, Icones, una cum explicationibus, ipſarum delineationem accurate oſtendentes, Tabulæ, ſtructuram uſumque harum methodice deſcribentes. Quibus quoque quo pacto oſſa mulieris à viri oſſibus hiſce ſedibus varient, breviter adjectæ fuerunt, Obſervationes & curationes aliquot affectuum partibus hiſce accidentium. Partim ex opere ipſius Anatomico prius excuſo, partim ex obſervationum libro nondum edito deprompta extant in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, primo loco.

Quæſtionum Medicarum Paradoxarum, & Endoxarum, juxta partes Medicinæ diſpoſitarum, Centuria poſthuma: opera Thomæ Plateri Fel. Fr. edita. Baſileæ, 1625, in 8. Pariſiis, apud Ioa. Proſt, 1632, in 8.

Praxeos Medicæ tomi tres. Quorum primus agit de Functionum læſionibus libris duobus, quorum primus Senſuum; ſecundus Motuum læſiones continet, illarumque Symptomata in generibus. Morbos, eorumque Cauſas, in Cauſis: & Curam in curatione proponit. Secundus tractat de Doloribus, libro uno, qui tertius eſt totius Operis, atque itidem Doloris Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſas, in Cauſis: & Curam in curatione exhibet. Tertius recenſet Vitia libris duobus, quorum primus Corporis: ſecundus Excrementorum vitia continet, ſingulaque illorum Symptomata in generibus: Morbos, eorumque Cauſas in Cauſis: & Curam in curatione declarat. Omnia methodo nova, ſed facili, & perſpicua, hactenusque diu deſiderata, deſcripta: nec ſolum veterum neotericorumque, ſed & propriis obſervationibus, ac remediis innumeris referta. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1602, 1608, in 8. apud Ludov. Regem, 1625, in 4. Accedente opera Thomæ Plateri Fr. Quæſtionum Paradoxarum & Endoxarum Centuria poſthuma.

De Febribus liber: Genera, cauſas, & curationes febrium tribus capitibus proponens. Præfixis tabulis tribus, ordinem & methodum ſingulorum capitum demonſtrantibus. Adjunctis inſuper Hiſtoriis viginti, curationes febrium præcipuorum generum, morborumque quorundam febres comitari, ſubſequique ſolitorum, deſcribentibus. Francof. apud Hæred. Wecheli, 1597, in 8.

Obſervationum, in Hominis Affectibus pleriſque, corpori & animo, functionum læſione, dolore, aliave moleſtia & vitio incommodantibus, libri tres, &c. Baſileæ, apud Ludov. König, 1614, 1641, in 8.

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Ioan. Phil. Brendelius edidit Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

De Gangræna Epiſtola. Extat Cent. 1 Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 311.

Felix Scarella

De Theriaca. Patavii, 1635, in 4.

FERDINANDVS BALAMIVS, *Siculus*

Medicus, ſeu ratio ac via aptiſſima, ad recte tum diſcendam, tum exercendam Medicinam. Acceſſerunt in Tyronum gratiam, breves in Hiſto-

Hiſtoriam plantarum Rouillii annotationes ejuſdem Autoris. Lugduni, apud Ioan. Pillehotte, 1600, in 8.

IACOBVS PRÆFECTVS, *Netinus*

De diverſorum vini generum natura liber. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1559, in 8.

IACOBVS PRIMIROSIVS

Exercitationes, & Animadverſiones in librum de Motu cordis, & circulatione ſanguinis. Adverſus Guilielmum Harveum. Londini, apud Gul. Iones, 1630, in 4.

Animadverſiones in Ioh. Walæi diſputationem, quam pro Circulatione ſanguinis Herveana propoſuit. Cui addita eſt de Vſu lienis adverſus Medicos recentiores ſententia. Amſtelædami, apud Ioh. Ianſſonium, 1639, 1641, in 4.

Animadverſiones in Theſes, quas pro Circulatione ſanguinis in Acad. Vltrajectinenſi D. Henricus le Roy, ibidem Medicinæ Profeſſor, diſputandas propoſuit. Lugduni Batav. apud Ioan. Maire, 1640, 1644, in 4.

Ars Pharmaceutica, ſeu Methodus breviſſima de Eligendis & Componendis Medicinis. Amſtelædami, apud Ioh. Ianſſonium, 1651, in 12.

Enchiridion Medicum practicum. Complectens omnium morborum communium & particularium naturam, cauſas, ſigna, & curationem. Amſtelædami, apud Ioh. Ianſſonium, 1650, & 1654, in 12.

De morbis mulierum & Symptomatis libri v. In quibus plurimi tum Veterum tum recentiorum errores breviter indicantur, & explicantur. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1656, in 4.

Deſtructio Fundamentorum Medicinæ Vopiſci Fortunati Plempii, ubi breviter quater centum ipſius errores demonſtrantur. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1657, in 4.

De vulgi erroribus in Medicina, lib. quatuor; I, de Erroribus circa Medicos. II, De Erroribus circa Morbos quoſdam, & eorum cognitionem. III, De Erroribus circa Victus rationem ſanorum & ægrorum. IV, De Erroribus circa remediorum uſum. Amſtelod. apud Ioa. Ianſſonium, 1639. Recenſitus ab Authore, & plus quam tertia parte auctus. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1658, in 12.

Antidotum, adverſus Henrici Regii venenatam ſpongiam; ſive Vindiciæ Animadverſionum.

De Febribus, libri quatuor. In quibus plurimi Veterum & Recentiorum errores declarantur, & refelluntur. Cum plurimis novis, & Paradoxis. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1658, in 4.

Partes duæ de morbis puerorum. Amſtelodami, 1659, in 12.

IACOBVS RVEFF, *Tigurinus*

De Conceptu & generatione hominis, & iis quæ circa hæc potiſſimum conſiderantur, lib. IV. Inſertæ quoque ſunt picturæ variæ fœtus, primum in utero ſiti, deinde in partu, mox etiam matricis & inſtrumentorum ad partum promovendum, & extrahendum pertinentium, nec non poſtremo variorum monſtroſorum inſuper. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1554, in 4. Francof. apud Sigiſm. Feirabendium, 1587, in 4. & in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 167.

Libellus

Libellus de Tumoribus quibuſdam phlegmaticis non naturalibus Tiguri, apud Froſchoverum, 1556, in 4.

IACOBVS SANTALBINVS, *Metenſis*

Palladii Scholia, in lib. Hippocr. de Fracturis, Græca, Latine interpretatus eſt.

IACOBVS SCHALING

De natura Oculorum. 1615, in fol.

IACOBVS SCHALLING, *VVinshemius*

Inquiſitio febrium, adjecta eſt Philoſophia transnaturalis. Erfurti, 1614, in 12.

IACOBVS SCHEGKIVS, *Schorndorfenſis*

Tractationum Phyſicarum & medicarum tomus unus, VII libros complectens: quorum I eſt de occultis & manifeſtis medicamentorum facultatibus. necnon etiam de falſa opinione, qui ſola craſi elementorum, & non etiam forma ſubſtantiali, res inanimas ſubſiſtere cenſent. II, Purgantia medicamenta non ſimilitudine purgandi humoris, neque tractu etiam ejuſdem, efficacia dici debere. III, Spiritum qui contineatur in ventriculis cerebri non eſſe animalem, ſed vitalem. IV, De Corde & principatu ipſius inter reliqua organa vegetatricis animæ. V, De Caloris vi & efficacia in rebus naturalibus, tum generandis, tum corrumpendis. VI, Rigoris in febribus cauſam, à Galeno vere & recte expoſitam, perperam & falſo à quibuſdam reprehendi. VII, Confutatio erroris Simonis Simonii, quo contra Galenum ſentiens negat putridarum febrium cauſam eſſe putredinem humoris alicujus, exiſtimans febris cauſam principalem eſſe dyſcraſiam fervidam flavæ bilis, cujus fervore inflammatum cor febrim patiatur. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1585, in 16.

De animæ principatu dialogus, Ariſtotelis & Galeni rationes proferens, quibus illi cordi, hoc cerebro principatum attribuit. Tubingæ, apud Vlricum Morhardum, 1542, in 8.

De Calido & humido lib. unus. De primo ſanguificationis inſtrumento lib. unus. Argentorati, apud Bernardum Iobinum, 1581, in 8.

De plaſtica ſeminis facultate lib. III. De calido & humido lib. I. De primo ſanguificationis inſtrumento lib. I. Argentorati, apud Bern. Iobinum, 1580, in 8, & in 16.

De Cauſa continente. Eodem interprete Alex. Aphrodiſæi de mixtione libellus. Tubingæ, apud Vlricum Morhardum, 1540, in 8.

Prælectiones in Galeni librum de Arte parva, editæ ſtudio Sebaſtiani Bloſſii Vlmenſis. Francof. apud Ioh. Wechelum, 1589, in 8.

IACOBVS SCHOLL, *Argentinus*

Aſtrologiæ ad Medicinam applicatio brevis: deque convenientia earundem Canones aliquot ex probatiſſimis quibuſque & Aſtrologiæ & Medicinæ autoribus vigilantiſſime collecti. Poſt hos ſequitur Faſciculus totius Medicinæ, Theſes aliquot rei Medicæ, & maxime ſimplicioris breviſſime complectens. Argentorati, apud Iac. Cammerlander, 1537, in 4.

IACOBVS SCVTELLARIVS, *Parmenſis*

In librum Hippocratis de Natura humana, Commentarius. Parmæ, apud Sethum Viottum, 1568, in 4.

IACO-

IACOBVS SEGARRA, *Alonenſis, Profeſſor Valentiæ*

In libros Galeni de Naturalibus facultatibus Commentaria. Valentiæ, apud Petr. Patrit, Mei, 1596, & apud Ioan. Alberti, 1598, in fol.

Continentur autem hoc opere:

De Arte Medica Prolegomena.

Hippocratis liber de natura humana, cum Commentariis Salii & Segarræ.

Liber Galeni de Temperamentis, cum Commentariis Segarræ.

Commentarii Phyſiologici. Valentiæ, 1603, in fol.

Commentarii in Galenum de facultatibus naturalibus libri tres. Ibidem.

Commentarii in Galeni libros ſex de Morborum & Symptomatum differentiis & cauſis, cum reviſione Hieronymi Vincentii Salvatoris. Valentiæ, apud Michaëlem Sorollam, 1624, in 4.

IACOBVS SEIDELIVS

Methodicæ Arthritidis & Phthiſis curationes, certis theſibus comprehenſæ. Quibus addita eſt Diſputatio de Saliva, Sputo & Muco. Bardi Pomerianæ, ex offic. Principis, 1590, in 4.

IACOBVS SOLDVS, *Florentinus*

Inſigne opus de Epidemia. Florentiæ, 1490, in 4.

IACOBVS SVTER

De rebus naturalibus Dialogus. Friburgi Briſg. 1584, in 8.

Balthaſaris Conradini, de Febris Vngaricæ, ejuſque Symptomatum, curatione, libri tranſlatio ex Germanica in Latinum. Paſſaviæ, apud Matth. Nemmingerum, 1595, in 8.

IACOBVS SYLVIVS, *Ambianus Gallus, Medicinæ Profeſſor, in utraque lingua excellentiſſimus: qui Pariſiis ſumma laude & gratia in maximo Auditorum influxu docuit. Vixit adhuc, admodum ſenex, A. C. 1554. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opera Medica; jam demum in ſex partes digeſta, caſtigata, & indicibus neceſſariis inſtructa. Adjuncta eſt ejuſdem Vita & Icon, opera & ſtudio Renati Moreau, Pariſienſis. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Chouët, 1630, in fol.

Continentur autem his Operibus:

Autoris Vita & Icon.

Elenchus virorum præclariſſimorum, qui de Iacobo Sylvio honorifice loquuti ſunt.

Ludovici Arrivabeni Mantuani Sylvius ocreatus.

Claudii Burgenſis Apologia in L. Arrivabenum pro D. Iacobo Sylvio optimo jure ocreato.

Epigrammata aliquot virorum Doctorum.

Nonnulla etiam in Autoris opera à Doctiſſ. Viro Renato Morello reſtituta, & illuſtrata. Hæc Operibus præfixa ſunt.

Sequuntur Pars prima:

Ordo, & ordinis ratio in legendis Hippocratis & Galeni libris.

In Hippocratis Elementa Commentarius.

In libros Temperamentorum Galeni partitiones aliquot utiliſſimæ.

Cl. Galeni in Hippocratis librum de Natura hominis Commentarius Ioan. Guintherio Andernaco

co interprete. Acceſſerunt Iac. Sylvii ſcholia multo quam antea locupletiora.

Galenus de Oſſibus ad Tyrones, verſus quidem à Ferdinando Balamio: erroribus vero quamplurimis tum Græcis, tum Latinis purgatus, & commentariis illuſtratus, à Iacobo Sylvio.

In Hippocratis & Galeni Phyſiologiæ partem Anatomicam Iſagoge, in tres libros diſtributa.

In variis corporibus ſecandis obſervata quædam.

Veſani cujuſdam Calumniarum in Hippocratis Galenique rem Anatomicam depulſio.

Iſagoge breviſſima in Libros Galeni de Vſu partium corporis humani.

In tres Galeni libros Facultatum naturalium Epitome.

De Menſibus mulierum, & Hominis generatione.

Parte ſecunda:

Schema rerum omnium ex quibus Alimenta hominum depromuntur, de quibus tribus libris de Alimentis Galenus diſputavit.

De Victus ratione facili ac ſalubri pauperum Scholaſticorum libellus.

De parco ac duro Victu libellus.

Adverſus famem, & victuum penuriam Conſilium.

Parte tertia:

Methodus ſex librorum Galeni de Differentiis, & cauſis morborum & ſymptomatum.

De Signis omnibus Medicis, Salubribus, Inſalubribus, & Neutris.

Introductio brevis in Methodum generalem medendi Galeni.

Parte quarta:

De Febribus Commentarius.

In libros Galeni de Differentiis Febrium Commentarius.

Quæſtio de Vini exhibitione in febribus.

De Peſte, & Febre peſtilenti.

De Sudore Anglico.

Morborum internorum prope omnium curatio ex Galeno, & Marco Gattinaria præſertim ſelecta.

Parte quinta:

Methodus medicamenta componendi, quatuor libris diſtributa.

De Medicamentorum Simplicium delectu, præparationibus, miſtionis modo libri tres.

Ioannis Meſuæ Damaſceni de Re medica libri tres. Iac. Sylvio interprete & Commentatore.

Parte ſexta:

Duæ Epiſtolicæ Conſultationes de Arthritide ad Petrum Bruheſium Medicum.

Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, an ſit Septimeſtris, an Novem menſium, nunc primum in lucem emiſſa cum reſponſionibus Iulii Cæſaris Scaligeri, Ioannis Bergii, Caroli Fortanerii, Ioannis Fernelii, Iacobi Sylvii, Iacobi Goupyli, & Guilielmi Plantii Medicorum illuſtrium.

Carmina quædam Iacobi Sylvii.

Præfatio ad Hieron. Montuum.

His acceſſit:

De Senectute, ſeu de tuenda valetudine in ſenio, brevi methodo comprehenſa ex Galeno præcipue, & prælectionibus Iac. Sylvii per Raimundum Filhollum Ruthenenſem ſelecta.

Seorſ

Seorſim prodierunt:

In Hippocratis Elementa Commentarius. Pariſiis, apud Iacobum Gaſellum, 1542, in fol. apud Ægidium Gorbinum, 1561, in 8. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1543, in 8. & denuo per Alex. Arnaudum diligentiſſime caſtigatus. Baſileæ, apud Iac. Derbilley, 1556, in 16.

In Hippocratis & Galeni Phyſiologiæ partem Anatomicam Iſagoge, in tres libros diſtributa. Denuo per Alex. Arnaudum diligentiſſime caſtigata. Baſileæ, apud Iac. Derbilley, 1556, in 16. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1556, in 8. Pariſiis, apud Ioan. Hulpeau, 1555, in fol. apud Ægidium Gorbinum, 1587, in 8.

De Menſibus mulierum, & Hominis generatione Commentarius. Denuo per Alex. Arnaudum diligentiſſime caſtigatus. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Camotum, 1556, in 8. Baſileæ, apud Iac. Derbilley, 1556, in 8. & in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 148.

Depulſio Veſani cujuſdam calumniarum in Hippocratis & Galeni rem anatomicam. Pariſiis, apud Ægid. Gorbinium, 1561, in 8.

Ordo, & Ordinis ratio in legendis Hippocratis & Galeni libris. Pariſiis, apud Gorbinium, 1561, in 8.

Morborum internorum prope omnium curatio, brevi methodo comprehenſa, ex Galeno præcipue, & Marco Gattinaria. Venetiis, apud Valgriſium, 1548, in 8. Lugduni, apud Petrum & Iacobum Chouët, 1620, in 16. Pariſiis, apud Drouart, 1554, in 8. & cum Enchiridio Rei medicæ triplicis. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1555, in 8.

Pars ſecunda in qua agitur de diviſionibus ſive differentiis febrium. Venetiis, 1572, in 8.

Commentarius in Claudii Galeni duos libros de differentiis febrium. Pariſiis, apud Gorbinium, 1561, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgriſium, 1555, in 8. Baſileæ, 1556, in 12.

Methodus ſex librorum Galeni de differentiis morborum & ſymptomatum, in ſex tabellas contractiores conjecta. Item de ſignis omnibus medicis, ſalubribus, inſalubribus, & neutris, Commentarius. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1539, in fol. apud Gorbinium, 1561, in 8. Venetiis, apud Valgriſium, 1554, in 8.

De Febribus Commentarius ex Hippocrate & Galeno, ſelectus. Venetiis, apud Balthaſarum Conſtantinum, 1555, in 8. apud Arrivabenum, 1556, in 8. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1560, in 8. cum Practica Canonica Ioa. Mich. Savonarolæ, pag. 1019. Pariſiis, apud Ægidium Gorbinium, 1561, in 8.

Methodus medicamenta componendi ex Simplicibus judicio ſummo delectis, & arte certa paratis, quatuor libris diſtributa. Lugduni, apud Ioan. Tornæſium, 1584, in 8. apud Rouillium, 1558, in 16. Lutetiæ, apud Andr. Wechelum, 1541, in 8. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1544, in fol.

De Medicamentorum ſimplicium delectu, præparationibus, miſtionis modo libri tres. Pariſiis, apud Iac. Gaſellum, 1542, in 8. Lugduni, apud Tornæſium, 1555, 1584, in 16.

De Victus ratione paratu facili ac ſalubri pauperum ſcholaſticorum lib. 1. De duro ac parco victu libellus Latinus factus. Conſilium adverſus

ſus famem ac victualium penuriam, Latinum factum. De Peſte libellus Latinus factus. Pariſiis, apud Iac. du Puys, 1557, in 16. Cum Theſauro Sanitatis Ioannis Liebautii.

De Arthritidis præſervatione & curatione Conſilia quædam extant cum eo opere quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioan. Wechelum & Petr. Fiſcherum, 1592, in 8.

Conſilia varia Medica extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IACOBVS TAMARO

De Epilepſiæ curatione liber. Hiſpali, 1589, in 4.

IACOBVS TAPPIVS

Oratio de Tabaco, ejuſque hodierno abuſu. Helmæſtadii, apud Henningum Müllerum, 1653, in 4.

IACOBVS THEVART

Guilhelmi Ballonii Conſiliorum medicinalium Tomum primum Scholiis illuſtravit, digeſſit, ac edidit.

Item: Ejuſdem Epidemiorum, & Ephemeridum libros duos. Item, Definitionum Medicarum librum. Item; Commentarium in Libellum Theophraſti, de Vertigine.

IACOBVS TRVNCONIVS, *de Plebe S. Stephani*

De cuſtodienda Puerorum Sanitate. Ejuſdem Tractatus de Morbillis & Variolis. Ejuſdem Epiſtola de pravis Febribus cum periculis. Florentiæ, 1593, in 4.

De Peſte & Peſtilenti morbo, libri quatuor. In quibus vera cum methodo, & cum optimo remediorum ſelectu infantibus, natu grandioribus adultis & ſenioribus, ac etiam fœtui in utero matris geſtato ſua præſervatio traditur. Florentiæ, apud Georg. Mareſcotum, 1577, in 4.

De cuſtodienda Puerorum Sanitate. Ante Partum, in Partu, & poſt Partum, de curandis eorundem morbis, ex Hippocrate, quouſque Caninos Dentes emiſerint. Acceſſit tractatus de Variolis, & Morbillis, & Epiſtola ejuſdem Auctoris de Pravis Febribus cum periculis, quæ anno MDXC & XCI per Italiam vagarunt. Florentiæ, apud Phil. Iunctam, 1593, in 4.

IACOBVS VALVASON

De Thermis quæ ad Timavi oſtia ſunt, Epiſtola. Extat pag. 307 Operis Veneti de Balneis.

IACOBVS WARVAZIOVINVS

Brevis & ſuccincta de Gradibus ſeu differentiis medicinarum ſimplicium & compoſitarum commentatio. 1557, in 8.

IACOBVS ZABARELLA, *Patavinus*

De Doctrinæ ordine Apologia. Patavii, apud Paſquatum, 1606, in fol.

De Rebus naturalibus tractatus. Coloniæ, 1595, in 4.

IACOBVS ZVINGERVS, *Baſileenſis*

Principiorum chymicorum examen ad Generalem Hippocratis, Galeni, cæterorumque Græcorum & Arabum conſenſum inſtitutum: elegantibus nonnullorum remediorum præparationibus exornatum. Baſileæ, apud Seb. Henric. Petri, 1606, in 8.

Qui

Quæ hydropis, quæ ſpecierum ejus ſit cauſa, quoque pacto humor abdomen & pedes tranſlatus, in tumorem eos attollere ſit ſolitus, Epiſtola. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. 11. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8, pag. 227.

De puella abſtemia, & aliquot jam annos ab omni ciborum uſu abſtinente Epiſtola. Exſtat Cent. v Obſerv. Hildani, Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4, pag. 97.

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornung. Norimbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

I. Æ. MARIN

Aphoriſmorum Hippocratis Coi Diſpoſitiva methodus, exquiſito doctrinæ ordine inſtituta, & ſegmentis quatuor comprehenſa. Quæ doctrinæ medicæ conſerta quædam eſt Synopſis, complectens illuſtriora principis Medicorum theoremata, ſententias diagnoſticas & prognoſticas, medendi leges, & decreta ſaluberrima. Pariſiis, apud Lud. Boullenger, 1639, in 12.

IANVS ANTONIVS SARACENVS, *Lugdunæus*

De Peſte Commentarius. In quo præter peſtis naturæ, præcautionis, & curationis ipſius uberiorem explicationem, non pauca quæ hodie in contentionem veniunt, ſtrictim pertractantur. Genevæ, 1571, in 8. Lugduni, apud Ludovicum Cloquemin, 1572, in 8. apud Ioan. Gregorium, 1572, in 8. apud Ioan. Tornæſium, 1589, in 8. Cui recens acceſſit electorum tam externorum, quam internorum remediorum particularis deſcriptio, quæ quidem ad peſtem arcendam curandamve plurimum valere, & ratione compertum & variis experimentis comprobatum eſt.

Pedacii Dioſcoridis Anazarbei Opera quæ extant omnia, ex nova interpretatione I. A. Saraceni. Addita ſunt ad calcem ejuſdem interpretis Scholia, in quibus variæ codicum variorum lectiones examinantur, diverſæ de Medica materia, ſeu priſcorum, ſeu etiam recentiorum ſententiæ proponuntur, ac interdum conciliantur: ipſius denique Autoris corruptiora, obſcuriora, difficilioraque loca reſtituuntur, illuſtrantur, & explicantur. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, Marnium & Aubrium, 1598, in fol.

IANVS BACCERVS

Theſaurus Chimicus experiment. certiſſ. Fidejuſti Reinecceri. Lipſiæ, apud Thomam Schürerium, 1609, in 8. Francof. 1620, in 12.

IANVS de BVRGO

De admiranda fragilitate oſſium Epiſtola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. 11. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1611, in 8, pag. 256.

Obſervatio de percuſſione capitis, & graviſſimis inde ſequutis ſymptomatibus; ubi quoque de felici perforatione cranii poſt duos menſes à percuſſione facta agitur. Extat ejuſdem Obſervat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 9.

IANVS CÆCILIVS FREJVS, *Pariſienſis*

Omnis Homo: item Amor & Amicus: item Phyſiognomia, Chiromantia, Oniromantia ad Philoſophorum & Medicorum mentem. Pariſiis, apud Samuelem Celemum, 1630, in 8.

Compendium Medicinæ. Extat cum Opuſculis ejus, editis Pariſ. apud David, 1646, in 8.

IANVS CHVNRADVS RHVMELIVS

Hiſtoria morbi, qui ex caſtris ad raſtra, à raſtris ad roſtra, ab his ad aras & focos in Palatinatu ſuperioris Bavariæ ſe penetravit anno MDCXXI, & permanſit MDCXXII & XXIII. Norimbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 8.

Prophylace medico-practica Lnis epidemiæ ἐγκεφαλωνίας, exhibita Civitatibus, Dynaſtis, Collegiis, Civibus: una cum apotrope, id eſt, Centuria curationum medicarum feliciter, cooperante Deo, factarum in Novo-foro ſeptemviralis Palatinatus. Ibidem, apud eundem, 1624, in 8.

Loimographia. Ambergæ, apud Schönfeldium, 1606, in 8.

Partus humanus, ſive diſſertatio perbrevis de Humani partus natura, temporibus, & cauſis; ex meditullio veræ Medicinæ Theoricæ eruta & concinna Methodo propoſita. Ibidem, apud eundem, 1624. in 8.

Theologia Vegetabilis. Ibidem, apud eundem, 1626, in 8.

Philoſophia Animalis Vivario, Aviario, Natatorio recenſita. Ibidem, apud eundem, 1630, in 8.

Clangor buccinæ, mortalium angor excitans & citans ad ædes Æternitatis. Noribergæ, 1631, in 4.

IANVS CORNARIVS, *Suiccavienſis, Marpurgenſis Academiæ Profeſ. poſtea Francofortenſium ad Mænum, & tandem in Patria Phyſicus vigilantiſſimus & Galeni Interpres eruditiſſimus. Claruit circa A. C.* 1531. *Inſius in Chron. Medic.*

Vniverſæ rei medicæ epigraphe ſeu enumeratio. Baſileæ, apud Frobenium, 1529, 1534, in 4. apud Io. Hervagium, 1551, in 8.

Medicina, ſive Medicus liber unus. Baſileæ, apud Michaëlem Martini Stellam, 1556, in 8. apud Oporinum, 1568, in 8. Accedunt Orationes duæ: altera Hippocrates: altera, de rectis medicinæ ſtudiis amplectendis.

Hippocratis Epiſtolas interpretatus eſt & edidit Coloniæ, 154[illegible], in 8.

Hippocrates, ſive Doctor Verus, Oratio. Extat cum Operibus Hippocratis à ſe Latine verſis, & editis Baſileæ, apud Oporinum, 154[illegible], in fol. Baſileæ, apud Michaëlem Martini Stellam, 1556, in 8.

De rectis Medicinæ ſtudiis amplectendis, Oratio. Marpurgi, apud Chriſtoph. Egenolphum, 1543, in 8.

De Peſte libri duo. Baſileæ, apud Ioan. Hervagium, 1551, in 8.

De Conviviorum veterum Græcorum, & hoc tempore Germanorum ritibus, moribus, ac ſermonibus: item de Amoris præſtantia, & Platonis ac Xenophontis diſſenſione libellus. Baſileæ, apud Oporinum, 1548, in 8.

Vulpecula excoriata, ſive refutatio Hiſtoriæ Leonhardi Fuchſii de Plantis. Francof. apud Egenolphum, 1543, in 4.

Nitra ac Brabyla pro Vulpecula excoriata aſſervanda. Ibidem, apud eundem, 1545, in 4.

De utriuſque Alimenti Receptaculis Diſſertatio, contra quam ſer

it Plutarchus. Extat cum Adamantii Sophiſtæ Phyſiognomonicon libris (ſe Latine conſcriptis. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1544, in 8.

Interpretatio Latina ex Græco ſelectorum, de Re Ruſtica, xx libris omprehenſorum. Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

Interpretatio Latina, ex Græco, Phyſiognomonicorum, Adamantii ophiſtæ. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1544, in 8.

Interpretatio Ætii Amideni, lib. IV, medicinæ ſuæ, ex Veteribus ontractæ. Baſileæ, apud Froben. 1535, 1542, 1549, in fol.

Interpretatio Latina Anatolii de re Ruſtica. Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

Artemidori lib. IV. de Somniorum interpretatione. De Auguriis & nanuum inſpectione lib. IV. Latine reddidit. Baſileæ, apud Frobenium, 1539, in 4.

Galeni, De Difficultate Reſpirationis, lib. III interpretatus eſt. De Compoſitione Medicamentorum Localium. Baſileæ, 1537, in fol.

Marcelli, De Medicamentis Empiricis ſuæ integritati, pleriſque ocis reſtituit.

Pauli Æginetæ Libros VII, de Re medica, in Latinum vertit, adjectis Annotationibus.

Pedacii Dioſcoridis Libros V de Materia medica caſtigavit, in Latinum tranſtulit, & Emblemata ſingulis capitibus adjecit; addita interpretatione, ejuſdem Dioſcoridis, de Beſtiis Venenum ejaculantibus lib. 2. Baſileæ, apud Frobenium, 1557, in fol.

In dictum Hippocratis: Vita brevis, ars vero longa eſt, Oratio. enæ, 1557, in 8.

Hippocratis Coi libelli aliquot ad artem medicam præparatorii. Baſileæ, in 4.

De Podagræ Laudibus Oratio. Patavii, 1553, in 8.

Interpretatus eſt Galeni libros de Vteri diſſectione, fœtus formatione & ſemine, nunquam antea Latine ab hominibus viſi ſunt. Baſileæ, 1536, in fol.

IANVS *Monachus* DAMASCENVS, *Presbyter, cognomine Manſur, Neapolitanus. Claruit ſub Valentiniano, Fratre Gratiani, & Theodoſio, qui cum Filiis Arcadio, & Honorio imperavit. A. C.* 390. *Iuſtus in Chronol. Medic. Secundum Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit A. C.* 484. *Græcus nempe ille, non Arabs.*

Therapeuticæ Methodi, hoc eſt, Curandi artis libri VII, partim Albano Torino Vitodurano paraphraſte, partim Gerardo Iatro Cremonenſi metaphraſte. Baſileæ, apud Henric. Petri, 1543, in fol.

IANVS DVBRAVIVS

De Piſcinis & Piſcium, qui in eis aluntur naturis, libri quinque. Item Xenocrates de Alimento ex aquatilibus Græce & Latine: cum Scholiis Conradi Geſneri. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1559. in 8. & cum Auctario Ioachimi Camerarii. Noribergæ, apud Paul. Kaufman, 1596, in 8. Ibid. 1623, in 8.

Hippocratis Aphoriſmi, verſibus heroïcis Latinis redditi. Cum ejuſdem de Piſcinis, extant. Noribergæ, 1623, in 8.

IANVS GEORGIVS SWALBACIVS, *Francus*

Diſſertatio phyſica de Ciconiis, Gruibus, & Hirundinibus, quo

exeunte æſtate abvolent, & ubi hyement. Spiræ, apud Georg. Baumeſterum, 1630, in 4.

IANVS LACINIVS, *Calaber*

Precioſa ac nobiliſſima artis Chymiæ collectanea de occultiſſimo, ac pretioſiſſimo Philoſophorum Lapide. Venetiis, apud Aldum, 1546, in 8. Noribergæ, apud Gabr. Hayn, 1554, in 4.

IANVS MATTHÆVS DVRASTANTES, *Sancto-Iuſtanus*

Problemata tria. I, Dæmones an ſint, & an morborum ſint cauſæ, pro Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum ſententiis. II, An virium imbecillitati juncta cacochymia per epicraſin ſit curanda. III, Et an Rhabarbarum ob lienteriam, dyſenteriam & adſtrictionem ſit comburendum. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1567, in 8.

Libri duo medici. Primus de Aceti ſcillini triplici compoſitione, mirificis ob ſanitatem ac vitam diutiſſime producendam viribus ac congruo uſu. Secundus de Aloës ſubſtantia, quantitate, relatione, qualitatibus, actionibus, paſſione, habitu, ubi & quando. Ibidem, apud eundem, 1567, in 8. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1614, in 12. cum Ioh. Ieſſenii Conſilio adverſus Peſtem, &c.

Libellus de Voluminibus à ſe compoſitis, extat ad finem tractatus de l'Aceto ſcillino, Italice editi Maceratæ, apud Sebaſt. Martellinum, 1574, in 8.

Recognitio Opuſculi aurei de Febribus Anton. Gradli. Extat in Ioh. Matt. de Gradi Practica.

IANOCIVS de MANECTIS

De dignitate & excellentia hominis lib. IV. Ex bibliotheca Ioan. Alexandri Braſſicani. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1532, in 8.

IASON PRATENSIS, *Ziriczeus. Medicus inſignis. Vixit A. C. circiter 1531. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De tuenda Sanitate Libri quatuor. Antverpiæ, apud Michaëlem Hillenium, 1538, in 4.

De Pariente & partu, liber obſtetricibus, puerperis, nutricibuſque utiliſſimus, 1527, in 8. Amſtelodami, apud Blaeu, 1657, in 12.

Libri duo de Vteris. In quibus lector candidus opulentiſſimam ſimul ac lautiſſimam naturalium rerum & hiſtoriarum ſupellectilem inveniet. Antverpiæ, apud Michaëlem Hillenium, 1524, in 4. Amſtelodami, apud Blaeu, 1657, in 12.

Liber de arcenda ſterilitate & progignendis liberis doctus & elegans. Ibidem, apud eundem, 1531, in 4. Amſtel. 1657, in 12.

De Cerebri morbis: hoc eſt, omnibus ferme (quoniam à cerebro male affecto omnes fere qui corpus humanum infectant, morbi oriuntur) curandis, Liber: non tam Medicis, quam ſtudioſis omnibus (quibus magna inprimis cerebri habenda ratio eſt) apprime utilis: ſecundum veterum Græcorum, Latinorum, & Arabum, nec non recentium præcepta magno judicio & arte conſcriptus, & nunc primum in lucem editus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1549, in 8.

IATROSOPHISTA

De Vrinis liber ſingularis. Græce, Federicus Morellus ex Bibliotheca Regia nunc primum prodeuntem Latine vertit. Lutetiæ, apud Morellum, 1608, in 12.

IEREMIAS BARTIVS

Ioa. Beguini Tyrocinio Chymico elegantes addidit notas.

IEREMIAS SENG

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IESVS HALI

De cognitione infirmitatum oculorum & curatione eorum. Venetiis, apud Andr. Aſulanum, 1499, in fol. cum Guidonis Cauliaci, & aliorum ſcriptis chirurgicis, apud Octavian. Scotum, 1500, in fol. cum Albucaſis Chirurgia.

ILLEFONSVS NVNESIVS

De pulſibus. Salmanticæ, 1606, in 4.

De Gutturis ulceribus anginoſis. Sevillæ, 1615, in 4.

ILLEFONSVS POPVS, *Pinceanus*

Commentaria in prognoſtica Hippocratis. Matriti, 1596, in 4.

INNOCENTIVS CALVINVS, *Derthonenſis*

De Eucraſia conſervanda Enchiridion. Papiæ, apud Bernardinum Geraldum, 1514, in 4.

IOACHIMVS BAVDISIVS, *Vratiſlavienſis*

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Bernardi Gordonii Tractatum, de Conſervatione vitæ humanæ edidit.

IOACHIMVS BVRSERVS

Introductio ad ſcientiam naturalem, in qua, vitatis, quantum nunc potuit, autoritatum pedicis, ex ratione & rerum uſu paſſim ac præſertim in pſychologia libere procedit, familiaribus exemplis ac ſimilitudinibus pleraque omnia illuſtrantur. Amſtelodami, 1652, in 8.

De Febri Epidemia, ſeu Petechiali probe agnoſcenda & curanda Commentatio Philoſophico-Medica. Lipſiæ, apud hæredes Thomæ Schureri, 1621, in 8.

Diſceptatio de Venenatorum Natura & qualitatibus. Lipſiæ, 1625, in 8.

De Fontium Origine Tractatus. Haffniæ, 1639, in 8.

IOACHIMVS CAMERARIVS, *Papebergenſis*

De recta & neceſſaria ratione præſervandi à peſtis contagio, tam imminente, quam exoriente loca quælibet, brevis & diligens meditatio. Extat cum Synopſi Commentariorum de Peſte à ſe edita Noribergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8.

Conſtitutiones, leges & edicta quædam, tempore peſtis Anno MDLXXVI & MDLXXVII publice Venetiis & alibi propoſita, breviter in Latinam linguam converſa. Extat ibidem.

De Bolo Armenia & Terra Lemnia Obſervationes. Extant ibidem.

Commentariolus de Theriacis, & Mithridateis. Item ad Pamphilianum libellus. Galene Andromachi. Theriaca Antiochi. Antidotus Philonis. Converſa in Latinum, adjectis & his, & aliis quibuſdam Græcis diligentia magna emendatis. Noribergæ, apud Ioan. Petrejum, 1534.

Barthol. Marantæ libros duos, de Theriaca & Mithridatio, Latinè ex Italico vertit.

Item Ioh. Philipp. Ingraſſiæ, Brevem Methodum curandi peſtiferum Contagium, quod anno Chriſti, MDLXXV & LXXVI Panormum, Metropolim Siciliæ, invaſerat.

Victus & cultus ratio, expoſita quatuor in ſingulos menſes verſibus. Extat cum Schola Salernitana. Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16. Francof. 1612, in 12.

Epiſtolæ plurimæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Ioan. Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

De tractandis Equis, ſive ἱππιατρικός. Ejuſdem Converſio libelli Xenophontis de Re equeſtri in Latinum. Hiſtoriola rei nummariæ, ſive de numiſmatis Græcorum & Latinorum. Tubingæ Suevorum, apud Vlrichum Morhardum, 1539, in 8.

Διασκευὴ ὀνομαστική: hoc eſt, Diligens Exquiſitio nominum, quibus Partes Corporis Humani appellari ſolent: additis etiam Functionum nomenclaturis. Baſileæ, apud Hervagium, 1551, in fol.

IOACHIMVS I.F. CAMERARIVS, *Norimbergenſis*

Ἐκλογὴ γεωργικὴ, ſive Opuſcula de re ruſtica: quibus præter alia, catalogus rei Botanicæ & ruſticæ ſcriptorum veterum & recentiorum inſertus eſt. Noribergæ, apud Petr. Kaufman, 1596, in 8. apud Catharinam Gerlachin, 1577, in 4.

Hortus Medicus, quo plurimarum ſtirpium breves deſcriptiones, novæ icones non paucæ, cum euporiſtis remediis, aliiſque ad rem botanicam facientibus, afferuntur. Item Sylva Hercynia, ſive deſcriptio plantarum ſylvæ huic ſponte innaſcentium, Ioannis Thalii Northuſani. Junctim Francof. apud Feyrabendium, 1588, in 4. ibid. 1654, in 4.

De Plantis Epitome utiliſſima Petri Andreæ Matthioli Senenſis, novis iconibus & deſcriptionibus plurimis nunc primum diligenter aucta à Ioach. Camerario. Acceſſit Catalogus Plantarum, quæ in hoc compendio continentur exactiſſimus. Francof. apud Feyrabendium, 1586, in 4.

Symbolorum & emblematum centuriæ tres: I, Ex Re herbaria deſumpta. II, Ex Animalibus. III, Ex Inſectis. Quibus rariores ſtirpium, animalium, & inſectorum proprietates, cum philologicis aliis complexus eſt. Noribergæ, apud Ioan. Hofman & Camoxium, 1593, in 4. Iconibus æri inciſis. Francof. 1654, in 4.

Synopſis commentariorum de Peſte, qua Clariſſ. VVV. Donzellini, Ingraſſiæ, Cæſaris Rincii, & poſthæc ſui ipſius eadem de lue ſcripta in lucem retulit. Noribergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8.

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOACHIMVS COLBIVS

Judicium & conſilium de miro veneficii quodam caſu, ad D. Balthaſarem Han ſcriptum. Extat ad finem lib. VI Practicæ Medicinæ Dan. Sennerti, in 4.

Sententiæ de facienda medicina olim ab Arnoldo Villa nova, in proſa ſcriptæ. Altenburgi, 1638, in 12.

IOACHIMVS CVRÆVS

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Phyſica. Wittebergæ, 1584, in 8.

De ſenſu & ſenſibili. Francof. 1595, in 8.

IOACHIMVS FORTIVS RINGELBERGIVS, *Andoverpianus*

De Homine liber. De Vrina non viſa. Experimenta. De Interpretatione ſomniorum. Extant cum ejuſdem Lucubrationibus, vel potius abſolutiſſima κυκλοπαιδείᾳ, &c. Lugduni, apud Gryphium, 1531, in 8. Baſileæ, apud Bartholomæum Weſthemerum, 1538, in 8.

IOACHIMVS FRIZIVS

Roberti Fludt Summum Bonum publicavit.

IOACHIMVS ILLGES

De natura & conſtitutione chymiæ, in 4.

IOACHIMVS IVNIVS

Aquarum Spadanarum Gryphi, ſive Ænigmata, eorumdemque explicatio, proficiſcentibus ad aquas Spadanas non minus utilis, quam jucunda. Lovanii, apud Ioa. Chriſtoph. Flavium, 1614, in 8.

IOACHIMVS LÆGERVS

Rari admirandi & plus quam ferini, veneficio illati affectus hiſtoria. Brunſvigæ, 1649, in 4.

IOACHIMVS MORSIVS

Edidit Laurenbergii Verſionem Latinam, Iſagoges Anatomicæ Græcæ. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1618, in 4.

It. Alexandri à Suchten Tractatum de vera medicina. Hamburgi, 1621, in 8.

IOACHIMVS OLHAFIVS, *Dantiſcanus*

De Seminario peſtilenti intra corpus vivum latitante diſquiſitio Phyſica & Medica. Dantiſci, apud Georgium Rhetum, 1626, in 4. Francof. apud Clem. Schleichium, 1638, in 4.

IOACHIMVS PRÆTORIVS

Hiſtoria Elephanti. Hamburgi, 1607, in 8.

IOACHIMVS QVERTENVS

Tabulæ continentes ea quæ in curatione morborum Methodica conſiderantur. Erfordiæ, apud Georg. Bauman, 1579.

IOACHIMVS RINGELBERG

De Homine liber. Antw. apud Michaëlem Hilllenium, 1529, in 8.

IOACHIMVS SCHILLERVS, *ab Herderen, Medicus & Phyſicus celebris, A. C. circiter 1531. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Peſte Britannica liber. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1531, in 8. Cum Alex. Benedicti de Peſte tractatus.

IOACHIMVS SCHROVERVS

De abuſu Tobaci, ex operibus Iacobi R. Britanniæ. Roſtochii, 1644, in 12.

IOACHIMVS STRVPPIVS, *Gelhuſenſis*

Conſenſus celebriorum Medicorum, Hiſtoricorum, & Philoſophorum,

phorum, ſuper exoticis aliquot medicamentis, Mumia, eique cognatis, maxime per Ægyptum, Iudæam, Arabiam, &c. primi tractatus periochæ ubi mumiæ genuinæ ad pyramides ex concameratis cœmeteriis Ægyptiacis erutæ verum exemplar, inter multa millia, ut carum valde, ſic vetuſtiſſimum annorum circiter M M. reconditur, cum admiratione coram inſpiciendum exhibetur. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1574. 1576, in 4.

Σπιπλιαμαστιχία Antidotarii Antitrimaſtigi, id eſt, medela trium extremorum Dei flagellorum, libri 1 adumbratio, qui eſt de corporali, nec non ſpirituali anchora, famis, ſitis, valetudiniſque mortalium. Francof. apud Mart. Lechlerum, 1574, in 4.

IOACHIMVS TANCKIVS

Νοσολογία Henrici Warenii, ſeu affectuum humanorum curatio Hermetica & Galenica. Lipſiæ, apud Ionam Rhodium, 1605, in 8.

De obſervationibus quibuſdam Anatomicis Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. Singular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 447.

De Medicina Præfatio. Extat in Fidejuſti Reinecceri Theſauro Chymico. Succincta artis Chemicæ Inſtructio. Lipſiæ, 1605, in 8.

Edidit de lapide Philoſophico tractatus geminos, unum Anonymi, alterum Pauli Eck. Francof. 1604, in 8.

Pauli Eck de lapide philoſophorum edidit.

IOACHIMVS VADIANVS, *Sangallenſis Helvetius, Medicinæ D. Poëta Laureatus, & Orator. Olim Gymnaſii Viennenſis Rector clariſſimus; Poſtea Conſul in patria S. Galli Helvetiorum. Claruit circa A.C.* 1500. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Conſilium contra Peſtem. Baſileæ, apud Oporinum, 1546, in 8.

IOANNICIVS

Introductio in Artem parvam Galeni. Venetiis, apud Baptiſtam de Fortis, 1487, in fol. & cum Galeatii de S. Sophia Opere in nonum Rhaſis ad Almanſorem, opera Georgii Kraut caſtigata. Hagenoæ, apud Valent. Kobiam, 1533, in fol. Extat quoque cum Bertrucii de Diæta libro & Cophonis arte medendi, Argentorati, 1535, in 8.

IOANNES ÆMYLIANVS, *Ferrarienſis*

Naturalis de Ruminantibus Hiſtoria. Venetiis, apud Franc. Ziletum, 1584, in 4.

IOANNES AGRICOLA, *Neunburgus*

De Helotide, ſive Plica Polonica Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

IOANNES AGRICOLA AMMONIVS, *Germanus, Medicinæ & Græcæ linguæ Profeſſor Ingolſtadii. Doctiſſimus ſuæ ætatis Medicus. Eminuit A.C.* 1496. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Scholia copioſa in Therapeuticam methodum Galeni. Auguſtæ. 1534, in 8.

In artem medicinalem Galeni Commentarii. Baſileæ, apud Barthol. Weſthemerum, 1541, in 8.

In Galeni libros ſex de Locis affectis Commentarii. Norībergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1637, 1638, in 4.

Hippocratis Coi Medicinæ & Medicorum omnium Principis Aphoriſmorum & ſententiarum Medicarum libri ſeptem, in eum ordinem, in

in quem antehac nunquam diſpoſuit quiſquam, digeſti. Iuxta quem facile quivis materiam quamcunque medicam quam inquirere cupiverit, extemplo inveniet: adjecta inſuper enarratione ſententiarum ſingularum perquam familiari atque compendioſa. Accedunt, Liber ſextus Epidemiorum Hippocratis ex tranſlatione Leon. Fuchſii, eodem ordine atque etiam difficiliorum ſcruporum brevibus expoſitiunculis atque annotatiunculis enarratus. Liber ſextus Epidemiorum Hippocratis juxta ſupradictum literarum ordinem congeſtus. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1537, in 4,

Nicolai Alexandrini Medici Græci liber de Compoſitione Medicamentorum ſecundum loca. Tranſlatus è Græco in Latinum à Nicolao Rhegino Calabro. Cum breviſſimis annotatiunculis locorum difficilium Ioan. Agric. Ammonii. Ingolſtadii, apud Alexand. Weiſſenhorn, 1541, in 4.

Medicinæ herbariæ libri duo. Quorum primus habet herbas hujus ſeculi Medicis communes cum veteribus, Dioſcoride videlicet, Galeno, Oribaſio, Paulo, Aetio, Plinio, & horum ſimilibus. Secundus fere à recentibus Medicis inventas continet herbas, atque alias quaſdam præclaras medicinas, ut quæ poſt Galenum vel inveſtigatæ ſunt, vel in uſum medicum pervenerunt. Baſileæ, apud Bartholomæum Weſthemerum, 1539, in 8.

Oratio de præſtantia corporis humani. Extat tomo primo Orationum Ingolſtadienſium.

IOANNES AICHOL

Conſilium in hydrope monſtroſa. Extat eo in opere quod edidit Laur. Scholzius, Hanoviæ, 1610, in fol.

IOANNES ALBERTVS WIMPINÆVS

De Concordia Hippocraticorum & Paracelſiſtarum, libri Magni Excurſiones defenſivæ, cum Appendice quid Medico ſit faciendum. Monachii, 1569, in 8. Argentinæ, apud Paul. Ledertz, 1615, in 8.

Methodus docendi Medicinam. Extat cum Ioan. Georg. Schenckii Enchiridio de formandis Medicinæ ſtudiis. Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12.

IOANNES ALBOSIVS, *Senenſis*

Obſervatio Lithopædii Senonenſis, ſive Embrui in utero materno putrefacti: quod viva hiſtoria memorabili contexuit. Baſileæ, 1588, in 8. Huic Phyſicas exercitationes Simon Prouancherius inſcripſit. Extat cum Franc. Bouſſeti de exectione fœtus vivi ex matre, &c. libro. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1601, in 8.

IOANNES ALEXANDER BRASSICANVS

Aphricani & Berytii fragmenta, de Re ruſtica, cum Γεωπονικῶν lib. xx Græcis edidit Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8.

IOANNES ALEXANDRINVS

Commentarii ſuper Epidemiorum Hippocratis lib. Extant cum Ioannitii Articella. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1483, in fol.

IOANNES ALMENAR, *Hiſpanus, Profeſſor Medicinæ. Vixit A. C. circiter 1530. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Morbo Gallico liber. Papiæ, apud Bernardinum de Geraldis, 1516,

1516, in fol. cum Ang. Bolognini, Leoniceni, Alex. Bened. aliorumque de eodem ſcriptis. Lugduni, 1528, in 8. Baſileæ, apud Henr. Bebelium, 1536, in 4. cum iiſdem. Lugduni, 1539, in 8. Et tomo 1 Operis de Morbo Gallico Veneti, pag. 310.

IOANNES ALPHONSVS à FONTECHA

Medicorum incipientium Medicina, ſeu Medicinæ Chriſtianæ ſpeculum. Tribus luminaribus diſtinctum, à Medicis inchoantibus præ oculis ſemper habendum, confeſſariiſque admodum utile. Compluti, apud Ioa. Gratiani Viduam, 1594, 1598, in 4.

De Anginis diſputationes. Compluti, 1611, in 4.

IOANNES AMOS COMENIVS

Phyſicæ, ad lumen divinum reformatæ, ſynopſis. Lipſiæ, apud Gotofr. Groſſium, 1633, in 8.

IOANNES ANDREAS BOSIVS, *Lipſienſis*

Diſſertatio Hiſtorica de Clinicis Eccleſiæ veteris. Ienæ, apud Ioan. Niſium, 1657, in 4.

IOANNES ANDREAS à CELLA NOVA

Conſilium ad Balneas Aquenſes pro Illuſtriſſ. Ferdinando Gonzago. Extat pag. 303 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES ANDREAS è CRVCE, *Venetus*

Chirurgiæ univerſalis opus abſolutum. In quo quorumcunque affectuum univerſo corpori humano obvenientium, & ad Chirurgi curam ſpectantium, notio, prædictio, atque curatio perſpicua methodo narrantur, & tam Medicorum inſignium auctoritate, quam experimentorum approbatione confirmantur. Addita eſt inſuper Officina Chirurgica, in qua nempe inſtrumenta omnia aliaque Chirurgo convenientia ſuis figuris delineata expreſſaque cernuntur. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1596, in fol.

IOANNES ANDREAS NOLA, *Crotoniata*

Quod ſedimentum ſanorum ægrorumque corporum non ſit eiuſdem ſpeciei, adverſus Ferdinandum Caſſanum, & alios contrarium ſentientes, liber. Quod ſedimentum in ægris non ſit ſemper pars humoris putridi, nec in eo omnes humores contineantur. Quod in intermittentibus febribus humor inter vaſa non putreſcat. Quod temere Arabes, præſertim Avicennam de cauſa conjuncta redarguant. Quod de continenti, ſeu contentura cauſa cum Galeno prave ſentiant. Venet. 1562, in 4.

IOANNES ANDREAS SGAMBALVS

De peſtilenti faucium affectu Neapoli ſæviente opuſculum. Neapoli, apud Tarquinium Longum, 1610, in 4.

IOANNES ANDREAS SMITZIVS, *Suſatenſis*

Medicinæ Practicæ compendium. Hardervici, apud Ioh. Tollium, 1653, in 12.

IOANNES ANGELVS de CONTECILLIS, *ab Aquila*

Practica rationalis, de medendis Morbis per cauſas, & ſigna, libros tres percurrens. Tractatus de differentiis & curatione febrium, ac de ſanguinis miſſione. Romæ, 1590, in 8.

Tractatus de Febrium differentiis & curatione; ac de Venæ ſectione. Venetiis, 1583, in 8.

IOANNES ANTARVETVS

Apologia pro judicio Scholæ Pariſienſis de Alchymia. Ad Harveti, & Baucyneti recoctam crambem. Pariſiis, apud Hadr. Perier, 1604, in 12. Francofurti, 1604, in 8.

IOANNES ANTONIDES vander LINDEN, *Enchuſanus*

Vniverſæ Medicinæ Compendium, quinque centuriis, ſub clypeo Clariſſ. Viri D. Menelai Winſemii Med. Doct. & in illuſtri Friſiorum Academia eiuſdem facultatis & Anatomes Profeſſoris, publico examini decem diſputationibus propoſitum. Franekeræ, apud Vlricum Balck, 1630. in 4. Addita eſt Centuria inauguralis Poſitionum Medico-Practicarum de Virulentia Venerea, ibidem propoſita, & defenſa ad diem XVIII Octobris MDCXXX.

De Scriptis Medicis libri duo. Quibus præmittitur ad D. Petrum Tulpium Manuductio ad Medicinam. Amſtelredami, apud Ioannem Blaeu, 1637, in 8. Iterum omiſſa Manuductione. 1651, & 1662, in 8.

Manuductio ad Medicinam. Editio altera interpolata, à Vopiſco Fortunato Plempio, in Academia Lovanienſi Anteceſſore; cum hujus Epiſtola ad Studioſos ſuos. Lovanii, apud Cœneſteinium, 1639, in 12.

Selecta Medica, & ad ea Exercitationes Batavæ. Lugduni Batav. apud Ioh. Elzevirium, 1656, in 4.

Continentur autem hoc opere iſta:

I. Medico futuro neceſſaria. Hippocrates l. t. II. 8.
II. Sapientia Medica. Hipp. l. de Eleg. t. v. 66.
III. Pietas Hippocratea. Hipp. t. de Eleg. t. VI. 95.
IV. Ariſtippus Iliacus. Hipp. v. Epid. t. XXXVI. 96.
V. Sepia volvox. Aretæus l. de Cauſſis & Signis Acutorum II. 6.
VI. Stranguria Ilioſa. Hippocrates Aph. VI. 44.
VII. Volvulus frigidus. Hipp. II. Epid. VI. 25.
VIII. Tiſameni Colica. Hipp. III. Epid. II. 6.
IX. Cappadox hepaticus. Plautus Curculione, act. II. ſc. I. 15.
X. Vini pleni. S. Lucas Actor. II. 13.
XI. Aſellus Lucius. Athenæus Deipnoſoph. VII. 18.
XII. Scomphus Pleuriticus. Hipp. v. Epid. I. 3.
XIII. Oeniades famelicoſus. Hipp. v. Epid. II. 6.
XIV. Mantiſſa Oeniadæ. Galenus VI. Epidem. III. 29.
XV. Nicippus Gonorrhœus. Hipp. IV. Epid. XXIX.
XVI. Clonigus Nephriticus. Hipp. VII. Epid. LV.

Medulla Medicinæ, partibus quatuor comprehenſa. Tomus prior. Præmiſſa ſunt, Oratio de Medico futuro neceſſariis, & Manuductio ad Medicinam. Franekeræ, apud Vlricum Balck, 1642, in 8.

Hier. Cardani, De Vtilitate ex adverſis capienda lib. IV. ſerio emendatos edidit Franekeræ, apud Idzardum Balck, 1648, in 8.

Medicina Phyſiologica, Nova curataque Methodo ex optimis quibuſque Auctoribus contracta, & propriis Obſervationibus locupletata. Amſtelædami, apud Ioa. à Ravenſtein, 1653, in 4.

De Hemicraniâ menſtruâ, Hiſtoria & Conſilium. Lugduni Batavorum, apud Ioh. Elzevirium, 1660, in 4.

Mele-

Meletemata Medicinæ Hippocraticæ. Lugduni Batavor. apud Io. Zach. Baronium, 1660, in 4.

Hippocrates de Circuitu Sanguinis. Lugduni Batav. apud Ioh. Elzevirium, 1661, in 4.

IOANNES ANTONIVS BASSINVS

Chriſtoph. de Barziziis Introductorium cum Practica Commentariorum ad Nonum Razis emendavit.

IOANNES ANTONIVS BOCZAVOTRA, *Parthenopæus*

Tractatus quatuordecim Methodi Medendi ex Galeno. Neapoli, apud Io. Paulum Suganappum, 1549, in 8.

IOANNES ANTONIVS, *Campenſis*

Directorium ſummæ ſummarum Medicinæ. Extat cum Phil. Vlſtadii Cœlo Philoſophorum. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1557, in 16. Argentorati, 1630, in 12.

IOANNES ANTONIVS CASALENVS, *à Francavilla Hydruntin*

Diſputatio de ſecanda vena in Pleuritide revulſionis gratia, adverſus Medicos Francavillenſes. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1605, in 4.

IOANNES ANTONIVS FENOTA

Alexipharmacum ſive Antidotus apologetica ad virulentias Ioſephi Quercetani, evomitas in libellum Iacobi Auberti de ortu & cauſa metallorum contra chymicos. In quo præter quorundam Paracelſicorum medicamentorum diſcuſſionem, omnia prope argumenta Chymiſtarum refelluntur. Cum epiſtola ad Ioſ. Quercetanum. Baſileæ, apud Oporinum, 1576, 1579, in 8.

IOANNES ANTONIVS LODETTVS

Dialogus de impoſturis pharmacopolarum. Venetiis.

IOANNES ANTONIVS MAGINVS, *Patavinus*

De Aſtrologica ratione, ac uſu dierum Criticorum, ſeu Decretoriorum; ac præterea de cognoſcendis, & medendis morbis ex corporum cœleſtium cognitione. Opus duobus libris diſtinctum. Quorum primus complectitur Commentarium in Cl. Gal. librum tertium de diebus decretoriis. Alter de legitimo Aſtrologiæ in Medicina uſu. Venetiis, apud hæred. Damiani Zenarii, 1607, in 4. Francofurti, apud Wolfgangum Richterum, 1608, in 4.

IOANNES ANTONIVS PANTHEVS, *Veronenſis*

Confabulationes de Thermis Chalderianis, quæ in Veronenſi agro ſunt. In his etiam Ferri, Nitri, Sulphuris naturam, vim, ac medicinas edocet. Vicentiæ, 1488, in fol. poſtea pag. 110 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES ANTONIVS PHRYGIVS

In Hippocratis Prognoſtica Explanatio. Ticini, 1608, in 8.

IOANNES ANTONIVS ROVERELLVS, *Bologninus*

De Morbo quodam Paturſa affectu Tractatus. 1537, in 8.

IOANNES ANTONIVS SICCVS, *Cremenſis*

De Optimo Medico ad Victorem Trincavellium Caput primum lib. 1 de Antiqua Medicina ejuſdem. Venetiis, apud Iuntas, 1551, in 4.

Com-

Compendium de Balneis ex Hippocrate & Galeno. Extat pag. 489 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES ANTONIVS VENERIVS, *Venetus*

De Oraculis & divinationibus antiquorum tractatus ſuccinctus & exquiſitus. Baſileæ, 1628, in 8.

IOANNES ARCÆVS

De Curandorum Vulnerum ratione. Ejuſdem de Febribus. Antwerpiæ, 1574. in 8.

IOANNES ARCVLANVS, *alias* HERCVLANVS, *Veronenſis, Profeſſor Bononiæ & Patavii. Floruit circa A. C.* 1484. *Medicorum & Philoſophorum ſui temporis princeps. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Practica Medica, ſive Expoſitio in nonum Rhazis ad Almanſorem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. apud Andr. Toreſanum de Aſcula, 1504, in fol. apud Iuntas, 1542, 1557, in fol. apud Vinc. Valgriſium, 1560, in fol. cum Scholiis Ioan. Marinelli.

Expoſitio perutilis in primam Fen quarti Canonis Avicennæ, una cum Annotamentis præſtantiſſimi viri Domini Symphoriani Champerii, ſive Champegii Lugdunenſis, Equitis aurati, &c. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1518, in fol. Venetiis, apud Valgriſium, 1560, in fol.

Excerpta ex Commentariis in Raſem ad Almanſorem quæ ad Balnea pertinent, extant pag. 320 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES ARCVLARIVS

De Acidulis Schwalbacenſibus Epiſtola, quæ ſimul continet hiſtoriam mirabilis Delirii. Extat cum Reſponſis Medicis quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4, pag. 60.

IOANNES ARGENTERIVS, *Caſtellonovenſis, aliis Pedemontius, Auguſtanæ Taurinorum Academiæ ſub Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce reſtaurator. Floruit A. C.* 1559. *Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia: quorum nonnulla jam ante excuſa, plurima vero à nemine hucuſque viſa, avidiſſime tamen deſiderata, tandemque ab hæredibus ipſius reperta & in lucem prolata ſunt. Omnia nunc pridem ex exemplari Veneto diligentius reviſa, ex diviſis quatuor partibus in unum volumen collecta, ac ab innumeris, quibus hinc inde ſcatebant, mendis emaculata. In quibus præcipuæ difficileſque materiæ, tam Medicæ, quam Philoſophicæ, & præſertim hac tempeſtate adhuc controverſæ, non docte minus, quam ſubtiliter & enucleate elucidantur, ipſiuſque habitæ ſanitatis tuendæ, & amiſſæ pariter recuperandæ ratio pleniſſime traditur. Acceſſit Fabii Paulini Vtinenſis in libros Artis medicinalis Galeni per tabulas œconomia. Hanoviæ, apud hæred. Cl. Marnii, & Wechel. 1610, in fol. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1592, in fol. 3 voll. apud Iuntas, 1606, in fol. 2 voll.

Elenchus ſingulorum tractatuum hoc in opere contentorum:

In artem Medicinalem Gal. Comment. I, de Corporibus.

In artem Medicinalem Comment. II, de Signis.

In artem Medicin. Comment. III, de Cauſis Salubribus, &c.

In librum primum Aphoriſmorum Hippocratis Commentarius.

In librum ſecundum Aphoriſmor. Hippocr. Comment.

In librum quartum Aphoriſmorum Hipp. Comment.

De

De Morbi generibus liber unus.
De Morborum differentiis liber unus.
De Cauſis morborum liber primus.
De cauſis uniuſcujuſque generis morborum liber ſecundus.
De cauſis differentiarum morborum liber tertius.
De generibus & differentiis Symptomatum liber.
De cauſis Symptomatum liber.
De temporibus Morborum liber.
De Signis medicis liber I.
De Signis demonſtrativis lib. II.
De Signis memorativis, lib. III.
De Signis Prognoſticis, lib. IV.
De Vrinis liber unus.
De Officiis Medici lib. II.
De Somno & Vigilia, lib. II.
De Conſultandi ratione liber unus.
De Febribus liber unus.
In lib. Galeni de Febribus ad Glauconem.
De vi purgantium medicamentorum tractatio.
De Calidi ſignificationibus, & calido nativo.

Seorſim extant:

Opera nunquam excuſa, jamdiu deſiderata ac è tenebris in lucem prodita. In duas partes diſtincta. Quarum prior Commentarios in Hippocratis Aphoriſmorum primam, ſecundam, & quartam ſectiones plus ſex & triginta annorum ſpatio elaboratos: Altera verò de Febribus Tractatum ſingularem: & primi libri ad Glauconem præclaras explanationes: Item de Calidi ſignificationibus, ac Calido nativo doctiſſimum libellum complectitur. In quibus potiſſimæ, ac difficillimæ totius Medicinæ controverſiæ ſubtiliter & exactè dijudicantur, ipſaque ſanitatis tuendæ ac reſtituendæ ratio planiſſime traditur. Venetiis, apud Iuntas, 1606, in fol.

Commentarii tres in artem Medicinalem Galeni, Medicis, Philoſophis univerſis qui rerum ſcientia delectantur, utiles. In Monte-Regali, apud Torrentinum, 1566, 1568, in fol. Pariſiis, apud Molinæum, 1553, in 8. apud Ioannem Poupium 1578, in 8.

De Vrinis liber. Lugduni, apud Sanctandream. 1591, in 8.

De Somno & Vigilia: De Spiritibus & Calido innato libri duo. Quibus multæ veterum & recentium ſententiæ expenduntur. Florentiæ, apud Torrentinum, 1566, in 4. Pariſiis, apud Molinæum, 1568. in 4.

De Conſultationibus Medicis, ſive, ut vulgus vocat, collegiandi ratione, Liber. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1557, in 8. apud Ægidium Gorbinium, 155?, in 16.

De Erroribus veterum Medicorum. Florentiæ, apud Torrentinum, 1553, in fol.

De morbis libri XIV. Lugduni, 1558, in 8.

IOANNES ARMBRVSTERVS

Diſquiſitio Medica ſuccincta, circa modum quo purgant Medicamenta cathartica. Stutgardiæ, apud Gruppium, 1599, in 8.

IOANNES ASSVERVS AMPSINGIVS, *Trans-Iſulanus*

Diſſertatio Iatromathematica. In qua de Medicinæ & Aſtronomiæ præſtantia, deque utriuſque indiſſolubili conjugio, diſſeritur: tum vero ipſa Aſtrologia, quæ pars eſt Aſtronomiæ (quatenus quidem arti medicæ inſerviens, & rationibus phyſicis, & graviſſimorum hominum obſervationibus

nibus, procul omni ſuperſtitione, nititur) à quorundam contemtu vindicatur. Roſtochii, apud Chriſtoph. Reuſnerum, 1602, in 4. 1618, in 4. ibid. 1629, in 8.

Theſes de Alopecia & Ophiaſi. Reſpondente Ioanne Steinmejero. Roſtochii, apud Ioachimum Pedanum, 1616, in 4.

Diſputatio de Calculo. Reſpondente Chriſtiano Smilovio. Ibidem, apud eundem, 1617, in 4.

De Morborum differentiis liber. Roſtochii, apud Ioan. Hallervord, 1619, in 4. apud Ioachimum Pedanum, 1623, in 8. Annexa eſt ejuſdem Autoris de Theriaca Senioris Andromachi Oratio.

De Theriaca Senioris Andromachi Oratio. Roſtochii, apud Ioan. Hallervord, 1618, in 4. Ibid. 1619, in 8.

De dolore Capitis Diſputatio. Roſtochii, apud Ioan. Hallervord, 1619, in 4.

Hectas Affectionum capillos & pilos humani corporis infeſtantium. Witebergæ, apud hæredes Samuelis Seelfiſchii, 1623, in 8. Roſtochii, apud Ferberum, 1623, in 8.

IOANNES ATROCIANVS, *Germanus*

Commentarii in Æmilium Macrum de re herbaria. Friburgi Briſgojæ, apud Emmeum, 1530, in 8.

IOANNES AVGVSTINVS PANTHEVS, *Venetus*

Ars & Theoria transmutationis metallicæ cum Voarchadumia proportionibus, numeris, & iconibus rei accommodis. Venetiis, apud Vivantium Gautherotium, 1550, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613. in 8.

IOANNES AVRELIVS AVGVRELLVS, *P. Ariminenſis*

Chryſopœæ libri tres. & Geronticon liber unus, verſu heroïco. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1582, in 8. Extat item Chryſopœa ſeorſim cum Veræ Alchymiæ ſcriptoribus à Guil. Grataroło collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri 1561, in fol. pag. 269 tomi 11. & volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

IOANNES BACCANELCIVS, *Rhegienſis, Corpore quidem puſillus, animo vero viribus multum præſtans, ut dicit Braſſavolus. Vixit circa A. C. 1534. Juſtus in Chronol. Medic.*

De Conſenſu Medicorum, in curandis morbis Libri quatuor. Ejuſdem de Conſenſu Medicorum in cognoſcendis ſimplicibus Liber. Venetiis, 1555, in 8. Lugduni, apud Iuntas, 1558, in 16. apud Barthol. Honoratum, 1572, in 16.

IOANNES BALCIANELLVS, *Arzignanenſis*

De abuſu bolorum corroborantium quæſtio epiſtolaris. Extat cum tractatibus aliis ejuſdem authoris Italico ſermone editis in abuſum Antimonii & Caſſiæ purgantis. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1593, in 4.

IOANNES BAPTISTA BESARDVS, *Veſontinus*

Antrum Philoſophicum, in quo pleraque arcana phyſica quæ ad vulgatiores hum. corp. affectus curandos attinent, ſine multo verborum apparatu ad experimenti legem breviter & ſincere revelantur. Auguſtæ Vindelicorum, 1617, in 4.

IOANNES BAPTISTA CANANVS, *Ferrarienſis*

Muſculorum humani corporis picturata diſſectio. Ferrariæ, 1572, in 4.

IOANNES BAPTISTA CARCANVS LEONIS, *Mediolanenſis*

Libri duo, in quorum altero de Cordis vaſorum in fœtu unione pertractatur, oſtenditurque hac in re explicanda ſolum Gal. veritatis ſcopum attigiſſe, reliquos omnes Anatomicos lapſos fuiſſe. In altero de Muſculis palpebrarum atque oculorum motibus deſervientibus accurate diſſeritur. Ticini, apud Hier. Bartholum, 1574, in 8.

De Vulneribus capitis liber abſolutiſſimus, triplici ſermone contentus. Mediolani, apud Petrum Tinum, 1583, 1584, in 4.

IOANNES BAPTISTA CARDANVS, *Mediolanenſis*

De abſtinentia ab uſu ciborum fœtidorum libellus exiguus, quem moriens explere non potuit. Extat in fine lib. Hier. Cardani P. de Vtilitate ex adverſis capienda. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561, in 8.

IOANNES BAPTISTA CARNEVALA, *Civitatis Styli*

De Epidemico ſtrangulatorio affectu. Neapoli, apud Scipionem Boninum, 1620, in 4.

IOANNES BAPTISTA CAVALLARIVS, *Neapolitanus*

De morbo epidemiali, qui Nolam & Campaniam univerſam vexavit, curativus & præſervativus diſcurſus. Neapoli, apud Io. Iac. Carlinum, 1602, in 4.

IOANNES BAPTISTA *de* CAVIGIOLIS

De Morbis novis interpola, cum aliquot Paradoxis. Pictavii, apud Mareſios FFR. 1541, in 8.

IOANNES BAPTISTA *de* CONDE

Aphoriſmi ſeu Axiomata Hippocratis ſeptem libris comprehenſa, Verſu heroïco explicata. Bruxellis, apud Ioh. Mommartium, 1647, in 12.

IOANNES BAPTISTA CONFALONERIVS, *Veronenſis, Philoſophus & Medicus conſummatiſſimus. Vixit circa A. C. 1535. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Vini natura, ejuſque alendi ac medendi facultate, abſolutiſſima diſquiſitio. Baſileæ, apud Ioa. Bebelium, 1535, in 8.

IOANNES BAPTISTA CORTESIVS, *Patavinus*

Miſcellaneorum medicinalium Decades denæ: in quibus pulcerrima ac utiliſſima quæque, ad Anatomen, Chirurgiam, & totius fere Medicinæ Theoriam, & Praxin ſpectantia ſparſim quidem, ſed jucundiſſimo ordine continentur. Meſſanæ, apud Petrum Bream, 1625, in fol.

Practicæ Medicinæ pars prima. In qua externi & interni Capitis affectus illuſtri methodo explicantur. Meſſanæ, apud hæredes Petri Breæ, 1635, in fol.

Practicæ Medicinæ pars ſecunda. In qua interni partium Nutritioni famulantium affectus illuſtri methodo explicantur. Meſſanæ, apud hæredes Petri Breæ, 1635, in fol.

Practicæ Medicinæ pars tertia. In qua interni partium Generationi famulantium affectus, Febriumque Tractatio illuſtri methodo explicantur. Meſſanæ, apud eoſdem, 1635, in fol.

In univerſam Chirurgiam abſoluta inſtitutio. in qua Tumorum omnium præter naturam, Vlcerum, Vulnerum, Fracturarumque oſſium, ac eorumdem Luxationum exacta cognitio, facilisque curatio habetur. Meſſanæ, apud eoſdem, 1633, in 4.

Tractatus de Vulneribus Capitis, in quo omnia, quæ ad cognitionem curationemque læſionum calvariæ attinet, accurate conſiderantur, & ſingula, quæ ab Hippocrate tradita ſunt in libro περὶ τῶν τετρωμένων τῆς κεφαλῆς uberrimis commentariis illuſtrantur. Adjecti ſunt in calce duo tractatuli: alter de Contuſione calvariæ in pueris: alter de eorumdem Hydrocephalo. Meſſanæ, apud eundem, 1632, in 4.

Pro Illuſtriſſ. D. Ferdinando Matute, & Acebedo Regio Conſiliario, Proregum Siciliæ Conſultore pro ſua Catholica Majeſtate, Steatoma exulceratum à dextri femoris interna regione marſupii in modum pendens patiente, conſultatiò, & curatio. Ibidem, apud eundem, 1614, in fol.

Pharmacopœa, ſeu Antidotarium Meſſanenſe, in quo tum ſimplicia tum compoſita medicamenta uſu recepta accuratè examinantur. Meſſanæ, apud eundem, 1629, in fol.

Conſtantii Varolii Anatomiam edidit.

IOANNES BAPTISTA DONATIVS

Apparatus Medicus. Lugduni, 1566, in 8.

Rei Medicæ ſtudio ſtipendia ſex: quorum nomina hæc ſunt;

I. Τῶν προσκευαστικῶν, id eſt, Apparatus Medici lib. I.
II. De Iudiciis lib. I.
III. De Signis morborum judicialibus lib. I.
IV. Τῶν ἐπιδημιῶν, ſeu Divinationum lib. I.
V. Commentaria in libris Hippocratis de Morbis Virginum lib. I.
VI. De Aquis Lucenſibus libri IV. Francofurti, apud Ioh. Wechelum, & Petrum Viſcherum, 1591, in 8.

De Aquis Lucenſibus, vulgo Villenſibus, libri IV. Lucæ, apud Guidonem Bonum, 1580, in 4.

De Maturitate materiæ in morbis, libri III. Francof. apud Wechelum, 1591, in 8.

Commentationum medicarum liber IV de Iudiciis; qui in Galeni voluminibus plane deſiderari videtur. Venetiis, 1580, in 4. Lugduni, apud Alex. Marſilium, 1581, in 8.

IOANNES BAPTISTA FERRARIVS, *Senenſis, è Societate Ieſu*

De Florum cultura libri IV. Romæ, apud Stephanum Paulinum, 1633, in 4. ibidem, 1638, in 4. Amſtelodami, apud Bernh. Rottendorff, 1646, in 4.

Heſperides, ſive de Malorum aureorum cultura & uſu libri quatuor. Romæ, apud Hermannum Scheus, 1646, in fol.

IOANNES BAPTISTA de GELLO, *Florentinus*

De Naturæ humanæ fabrica Dialogi decem, ex Italico in Latinum ſermonem converſi à Ioanne Wolfio. Ambergæ, apud Forſterum, 1609, in 12.

IOANNES BAPTISTA GEMMA, *Venetus*

De vera ratione curandi bubonis atque carbunculi peſtilentis, de-

que eorundem præcautione Commentarius. Dantiſci, apud Iac. Rhodum, 1599, in 4. Venetiis, apud Ioan. de Albertis, 1602, in 4.

IOANNES BAPTISTA GOYNÆUS, *Pyranenſis Iſtrius*

Enchiridion ad quotidianam medendi exercitationem. Dialogus item, quod Philoſophi & Medici dogmatici I C. dignitate præcedant. Cum humaniorum ſtudiorum opuſculis aliquot aliis conjuncta. Venetiis, 1582, in 8.

IOANNES BAPTISTA GROSSCHEDELIUS, *ab Aicha*

Proteus Mercurialis geminus, exhibens naturam metallorum, id eſt, operis philoſophici Theoriam, & ejuſdem praxin, ſive compoſitionem lapidis ſecreti per Philoſophorum ſententias, & autoritates elucidatus. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1629, in 4.

Mineralis, ſeu phyſici metallorum lapidis diligens & accurata deſcriptio: ad Macro-& microcoſmi philoſophicam metamorphoſin. Ibidem, apud eundem, 1629, in 8.

IOANNES BAPTISTA HEBENSTREIT

De ſingulari bilis effuſione Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingul. lib. IV poſterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNES BAPTISTA van HELMONT, *Bruxellenſis*

Febrium doctrina inaudita. Antverpiæ, apud Vid. Ioan. Cnobbari, 1642, in 12.

De magnetica vulnerum naturali & legitima curatione, contra Joannem Roberti Soc. Ieſu Theologum. Pariſiis, apud Victorem le Roy, 1621.

Opuſcula medica inaudita. I, De Lithiaſi. II, De Febribus. III, De Humoribus Galeni. IV, De Peſte. Coloniæ Agrippinæ, apud Iodocum Kalcoven, 1644, in 8.

Supplementum de Spadanis fontibus. Leodii, apud Leon. Strael, 1624, in 8.

Ortus Medicinæ. Id eſt, Initia Phyſicæ inaudita. Progreſſus Medicinæ novus, in Morborum ultionem, ad vitam longam. Edente Autoris Filio Franciſco Mercurio ab Helmont, Amſterodami, apud Lud. Elzevirium, 1648, 1652, in 4.

Index tractatuum hoc opere editorum.

1. Vaticinium de Authore, poëmate expreſſum.
2. Promiſſa Authoris.
3. Confeſſio Authoris.
4. Studia Authoris.
5. Venatio ſcientiarum.
6. Cauſæ & initia naturalium.
7. Archeus faber.
8. Logica inutilis.
9. Phyſica Ariſtotelis & Galeni ignara.
10. Elementa.
11. Terra.
12. Aqua.
13. Aër.
14. Progymnaſmata meteori.
15. Gas aquæ.
16. Blas meteoron.
17. Vacuum naturæ.
18. Meteoron anomalum.
19. Terræ tremor.
20. Complexionum atque miſtionum elementalium figmentum.
21. Imago fermenti imprægnat maſſam ſemine.
22. Aſtra neceſſitant, non inclinant, nec

nec ſignificant de vita, corpore, vel fortunis nati.
25. Formarum ortus.
24. Magnum oportet.
25. Natura contrariorum neſcia.
26. Blas humanum.
27. Eudemica.
28. Spiritus vitæ.
29. Calor efficienter non digerit, ſed excitative.
30. Triplex ſcholarum digeſtio.
31. Sextuplex digeſtio alimenti humani.
32. Pylorus rector.
33. Tartari hiſtoria.
34. Tartari vini hiſtoria.
35. Inventio tartari in morbis temeraria.
36. Alimenta tartari inſontia.
37. Tartarus non in potu.
38. Cuſtos errans.
39. Imago mentis.
40. Demens idea.
41. Sedes Animæ.
42. A ſede Animæ ad morbos.
43. Ius Duumviratus.
44. Mentis complementum.
45. Scabies & ulcera Scholarum.
46. Ignota actio regiminis.
47. Duumviratus.
48. Tractatus de Anima.
49. Diſtinctio, Mentis à ſenſitiva anima.
50. De Animæ noſtræ immortalitate.
51. Nexus ſenſitivæ & mentis.
52. Aſthma & Tuſſis.
53. Latex humor neglectus.
54. Cauterium.
55. Volupe viventium morbus antiquitus putatus.
56. Pleura furens.
57. Tria prima Chymicorum principia, neque eorumdem eſſentias, de morborum exercitu eſſe.
58. De Flatibus.
59. Catarrhi deliramenta.
60. Victus ratio.
61. Pharmacopolium ad Diſpenſatorium modernorum.
62. Poteſtas medicaminum.
63. Præfatio.
64. Ignotus hoſpes morbus.
65. Ignotus hydrops.
66. Puerilis humoriſtarum vindicta.
67. Reſpondet Author.

Tractatus de Morbis.

1. Introductio diagnoſtica.
2. In puncto vitæ ſubjectum inhæſionis morborum.
3. Progreditur ad morborum cognitionem.
4. De Ideis morboſis.
5. De morbis Archealibus.
6. Ortus imaginis morboſæ.
7. Aditus præcluſus ad Condum viſcerum.
8. Confirmatur morborum ſedes in anima ſenſitiva.
9. Morborum phalanx, & diviſio.
10. Recepta injecta.
11. Quædam imperfectiora.
12. In Verbis, herbis, & lapidibus eſt magna virtus.
13. Butler.
14. De Injectis materialibus.
15. Injaculatorum modus intrandi.
16. De conceptis.
17. Vis magnetica.
18. De Sympatheticis mediis.
19. De Inſpiratis.
20. Suſcepta.
21. Retenta.
22. Præfatio.
23. De Tempore.
24. Vita longa, Ars brevis.
25. Mortis introitus in naturam humanam decus Virginum.
26. Theſis.
27. Demonſtratur theſis.

Supplementum.

1. De Spadanis fontibus, paradoxa ſex.

2. Supplementum paradoxorum numero criticum.
3. Intellectus Adamicus.
4. Imago Dei.
5. Externorum proprietas.
6. Humidum radicale.
7. Aura vitalis.
8. Vita multiplex in homine.
9. Fluxus ad generationem.
10. Lunare tributum.
11. Vita.
12. Vita brevis.
13. Vita æterna.
14. Mortis occaſiones.
15. De magnetica vulnerum curatione.
16. In ſole tabernaculum.
17. Infantis nutritio ad vitam longam.
18. Arcana Paracelſi.
19. Mons Domini.
20. Arbor vitæ.

Opuſcula Medica inaudita.

1. De Lithiaſi.
2. De Febribus.
3. Scholarum Humoriſtarum paſſiva deceptio ac ignorantia.
4. Tumulus peſtis.

Apologia. Lugd. 1655.

IOANNES BAPTISTA IMPERIALIS

Exotericarum exercitationum libri duo. Ad Horatium Augenium. Vicetiæ, apud Georg. Græcum, 1602, in 4. Venetiis, apud Societatem, 1603, in 4.

IOANNES BAPTISTA MAGATVS

Conſiderationes Medicæ, quibus potiores difficultates in Praxi contingentes expenduntur. Tom. 1. Bononiæ, apud Iac. Montium, 1637, in 4.

IOANNES BAPTISTA MASERIVS

Opiniones de re Medica. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1579, in 4.

IOANNES BAPTISTA MASVLLVS

Academicarum Exercitationum liber primus de Attractione. Neapoli, apud Laz. Schoriggium, 1622, in 4.

IOANNES BAPTISTA MATHEATIVS

Quæſtiones in excellentem Bartholomæum Ovium. Venetiis, apud FFR. Domin. Guerræum & Ioa. Bapt. 1580, in 4.

IOANNES BAPTISTA MINADOVS

De Ratione mittendi Sanguinis in Febribus. Venetiis, 1587, in 4.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS, *Veronenſis, Medicus excellentiſſimus, & Profeſſor Patavii. Floruit circa A.C. 1540. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Philoſophus & Medicus omnium excellentiſſimus in Academia Patavina, mortuus eſt Veronæ A. C. 1551. in fine Aprilis. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Medicina univerſa, ex lectionibus ejus, cæteriſque opuſculis, tum impreſſis, tum ſcriptis collecta, & in tres tomos nunc primum decenti ordine digeſta, ſtudio & opera Martini Weindrichii Vratiſlavienſis. Francof. apud Andreæ Wecheli hæredes, Marnium & Aubrium, 1587, in fol.

Opuſcula varia ac præclara: in quibus tota fere Medicina methodice explicatur. Omnia poſt alios eruditos viros qui in eis corrigendis deſudarunt, nunc tandem Hieronymi Donzellini Brixiani opera in duo volumina digeſta. Baſileæ, 1558, in 8. apud Petrum Pernam, 1565, in 8. Quorum

Priori

Priori continentur:

Methodus Medicinæ univerſalis.

Ioa. Caji Britanni de Medendi methodo, ex Cl. Gal. & Io. Bapt. Montani, principum Medicorum ſententia lib. duo.

Methodus Therapeutica ex ſententia Galeni, & Ioh. Bapt. Montani, ſcripta per Ioannem Cratonem, Vratiſlavienſem.

Idea, & characteriſmus doctrinæ Hippocraticæ, propoſitus ſtudioſis in prælectionibus Aphoriſmorum Hippocratis.

De Succo melancholico, & atra bile, ſententia.

De generatione pituitæ, contra eos qui affirmant, pituitam in ventriculo generari.

De coctione, & præparatione humorum.

Sententia Montani de Alimentis, & Victus ratione, à Ioanne Cratone expoſita.

Aquas deſtillatas per alembicum, etiam à calidis herbis, eſſe frigidas, demonſtrationes.

Alexandrinæ aureæ examen.

Poſteriori verò:

De differentiis medicamentorum, & cauſis diverſarum in ipſis facultatum, tractatio.

De qualitatibus ſimplicium medicamentorum, & eorundem compoſitione commentarius, à Vincentio Caſali Brixiano exceptus, Ioa. Bapt. Montano dictante.

Quæſtio in qua examinatur quomodo medicamentum dicatur æquale, aut inæquale, videlicet, calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum.

De characteriſmis febrium.

Quæſtio de febre ſanguinis.

De febre hectica tractatus.

De febribus peſtilentibus tractatus.

Libri duo de excrementis, utiles ad cognitionem ſecundi libri Prognoſticorum Hippocratis. Vnus de Fecibus: alter de Vrinis. Patavii, 1554, in 8.

De Morbo Gallico tractatus. Extat opere Veneto, pag. 476, in fol.

De Vteri affectibus.

Seorſim extant:

Libellus de gradibus & facultatibus medicamentorum. Witebergæ, apud Caſp. Peucerum, 1553, in 8.

Explicatio eorum, quæ pertinent tum ad qualitates ſimplicium medicamentorum, tum ad eorundem compoſitionem. Venetiis, apud Balthaz. Conſtantinum, 1555, in 8.

Quæſtio examinans quomodo medicamentum dicatur æquale, aut inæquale, videlicet, calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum. Patavii, apud Aloyſium Segalinum, 1554, in 8.

Opuſcula I, De Characteriſmis febrium. II, Quæſtio de febre ſanguinis. III, De Vterinis affectibus: à Valentino Lublino Polono collecta. Venetiis, apud Balthaz. Conſtantinum, 1554, in 8.

De Excrementis libri duo. Alter de Fecibus, alter de Vrinis. Quibus acceſſit Quæſtio ejuſdem, quomodo medicamentum æquale, vel inæquale dicatur. Patavii, apud Aloyſium Segalinum, 1554, in 8. Pariſiis, apud Ægidium Gourbinum, 1555, in 16. Accedit præterea huic editioni Tractatus utiliſſimus de Morbo Gallico.

Opuſculum de Vteri affectibus maxime utile. Pariſiis, apud Ægidium

dium Gourbinum, 1556, in 16. & in Libris Gynæciorum ab Iſr. Spachio editis, pag. 303.

Conſultationes de variorum morborum curationibus. Opera Hier. Donzellini & Philippi Bechii in congruum ordinem congeſtæ & in tres partes diſtributæ. Baſileæ, apud Michaël. Iſingrinium, 1557, in 8. Noribergæ, apud Ioa. Montanum, 1550, in fol. Item opus tot fere, quot ante edita fuerunt, conſiliis auctum, opera Ioannis Cratonis à Craffthcim, editum eſt Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Francof. 1587, in fol.

Expectatiſſimæ in primam & ſecundam partem Aphoriſmorum Hippocratis Lectiones. Venetiis, apud Balthaz. Conſtantinum, 1555, in 8.

In tertiam primi Epidemiorum ſectionem Explanationes, à Valentino Lublino Polono collectæ. Venetiis, apud Balthaz. Conſtantinum, 1554, in 8.

In libros Galeni de Arte curandi ad Glauconem Explanationes. Venetiis, 1554, in 8. Lugduni, apud Ioan. Lertaut, 1596, in 16.

In Artem Parvam Galeni Explanationes. à Val. Lublino Polono collectæ. Venetiis, apud Balthaz. Conſtant. 1554. in 8.

Tabulæ in tres libros Artis Parvæ Galeni, per quas unuſquiſque facile poterit uno intuitu totam artem medicam definitivo ordine traditam contemplari. Patavii, apud Gratianum Perchacinum, 1558, in fol. Venetiis, 1546. in fol.

Metaphraſis ſummaria eorum, quæ ad medicamentorum doctrinam attinent in libris Aëtii Amideni Medici. Auguſtæ, apud Phil. Vlhardum, 1550, in 8. Patavii, 1550, in 8.

In primam Fen libri primi Canonis Avicennæ, Explanatio. à Valentino Lublino Polono collecta. Venetiis, apud Balthaz. Conſtant. 1554, in 8.

In ſecundam Fen primi Canonis Avicennæ Lectiones. In qua agitur de Cauſis, Ægritudinibus, Accidentibus, Pulſibus, & Vrinis. à Valentino Lublino Polono collectæ. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1557, in 8.

In quartam Fen primi Canonis Avicennæ Lectiones. à Val. Lublino collectæ. Venetiis, apud Balthaz. Conſtant. 1556, in 8.

In nonum librum Razis ad Almanſorem Regem Expoſitio. Venetiis, apud Balthaz. Conſtantinum, 1554, in 8. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1562, in 8. integritati à Ioanne Cratone reſtituta.

Interpretatio Latina lib. IV. Medicinæ ex Veteribus contractæ Aëtii Amideni. Baſileæ, apud Frobenium, 1535, in fol.

In Galeni libros de Elementis. De Natura Humana. De Atra bile & de Temperamentis. Editi à Ioanne Cratone, Hanoviæ, 1595.

Idea doctrinæ Hippocraticæ de generatione pituitæ, de melancholico humore, de coctione & præparatione humorum, de victus ratione. Extat cum methodo curativa Alphonſi Bertocii. Francof. 1621, in 8.

Explicatio eorum quæ pertinent ad tertiam partem de componendis medicamentis. Venetiis, 1553, in 8.

IOANNES BAPTISTA MORINVS, à *Belloiocenſibus Francopolitanus*

Nova mundi ſublunaris Anatomia. Pariſiis, apud Nicol. du Foſſé, 1619, in 8.

IOANNES BAPTISTA NAVARRVS, *Caſtulonenſis*

In Galenum de differentiis febrium Commentarii. Valent. 1628, in 8.

IOAN-

IOANNES BAPTISTA NICOLINVS, *Salodienſis*

Lucii Apuleji, de Ponderibus & Menſuris Librum, è Græco Latinum fecit.

Taddæi Florentini Expoſitiones in Iſagogas Ioannitii edidit. Extant cum Taddæi Expoſitionibus aliis.

IOANNES BAPTISTA OLIVVS

De reconditis & præcipuis collectaneis ab Honeſtiſſ. & ſolertiſſ. Franciſco Calceolario Veronenſi, in Muſæo adſervatis Teſtificatio. Venetiis, apud Paul. Zanfrettum, 1584, in 4. Additum eſt Iter Baldi civitatis Veronæ Montis, in quo mirabili ordine deſcribitur Montis ipſius, atque aliarum quarundam ipſum contingentium partium ſitus. Recenſentur præterea quædam inſignes plantæ, ac herbæ ibi naſcentes, quæ uſui Medico plus cæteris conferunt, à Franc. Calceolario Veronenſi Pharmacopola editum. Veronæ, 1593, in 4.

IOANNES BAPTISTA ONCALCHVS

De Læſione motus digitorum, & Macie brachii ſiniſtri Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francofurti, apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 326.

IOANNES BAPTISTA PELLEGRINVS, *Bononienſis*

De Cauſa Continente, deque Morbo fiente diſceptatio. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1561, in 4,

De ratione cognoſcendi ſigna & cauſas morborum liber. Bononiæ, apud eundem, 1563, in 4.

Adverſus Philoſophiæ ac Medicinæ calumniatores Apologia. In quo cum ipſarum decus, atque præſtantia conſpici: tum quantum frugis etiam atque ornamenti eas affectantibus afferre queant, facile dignoſci poterit. Bononiæ, apud Cæſarem Salvietum, 1582, in 4.

IOANNES BAPTISTA PERSONA, *Albinenſis*

In Galeni librum cui titulus eſt, Quod animi mores corporis temperiem ſequuntur, Commentarius ſingularis. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1602, in 4.

Diſcurſuum medicinalium unicus liber. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1603, in 4.

Noctes ſolitariæ, ſive de iis quæ ſcientifice ſcripta ſunt ab Homero in Odyſſea. Liber ſingularis, in LXX Colloquia diſtributus. In quo præter non pauca Theologica, multa etiam Phyſica, multa Metaphyſica, Ethica, Medica, Geometrica, Aſtronomica demum, & Phyſiognomonica tractantur. Venetiis, apud Euangel. Deuchinum, 1613, in 4.

Scholia in Galeni tres libros de Venæſectione. Bergomi, 1611, in 4.

IOANNES BAPTISTA PONA, *Veronenſis*

Daphnis, ſeu de cura Tertianæ febris. Extat pag. 41 Libri ſingularis Carminum. Veronæ, apud M. Anton. Palatiolum, 1590, in 4.

IOANNES BAPTISTA PORTA, *Neapolitanus*

De humana Phyſiognomia libri ſex, in quibus docetur quomodo animi propenſiones naturalibus remediis compeſci poſſint. Francofurti, apud Ioannem Wechelium, 1592. Neapoli, apud Tarquinium Longum, 1602, in fol. Francof. apud Nicolaum Hoffmannum, 1618, in 8. & 1621, in 8.

De Aëris tranſmutationibus. Venetiis. 1615, in 4.

Villæ libri duodecim. I, Domus. II, Sylva cædua. III, Sylva glandaria. IV, Cultus, & inſitio. V, Pomarium. VI, Olivetum. VII, Vinea. VIII, Arbuſtum. IX, Hortus coronarius. X, Hortus olitorius. XI, Seges. XII, Pratum. In quibus majori ex parte, cum verus Plantarum cultus, certaque inſitionis ars, & prioribus ſeculis non viſos producendi fructus via monſtrantur; tum ad frugum, vini ac fructuum multiplicationem experimenta propemodum infinita exhibentur. Francofurti, apud hæred. Andr. Wecheli, 1592, in 4.

Pneumaticorum libri III, cum duobus libris curvilineorum Elementorum. Neapoli, apud Ciottum, 1602, in 4.

Phytognomonica octo libris contenta; in quibus nova, facilimaque affertur methodus, qua plantarum, animalium, metallorum, rerum denique omnium ex prima extimæ faciei inſpectione quivis abditas vires aſſequatur. Accedunt ad hæc confirmanda infinita propemodum ſelectiora ſecreta, ſummo labore, temporis diſpendio, & impenſarum jactura veſtigata, exploratataque. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1583, 1588, in fol. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1591, in 8.

Magiæ naturalis ſive de miraculis rerum naturalium libri IV, Antverpiæ, apud Chr. Plantinum, 1561, in 8.

Magiæ naturalis libri viginti. In quibus ſcientiarum Naturalium divitiæ, & deliciæ demonſtrantur. Neapoli, 1569, in fol. Francof. apud Andr. Wecheli hæred. 1591, in 8. Ibidem, apud Claudium Marnium, 1607, in 8. Lugduni Batav. apud Hieron. de Vogel, 1644, 1650, in 12.

De Deſtillationibus, lib. IX. Quibus certa methodo, multiplicique artificio, penitioribus naturæ arcanis detectis, cujuſlibet mixti in propria elementa reſolutio perfecte docetur. Romæ, in Typogr. Cameræ Apoſtolicæ, 1608, in 4. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1609, in 4.

De Refractione Optices Parte lib. IX. Neapoli, 1593, in 4.

IOANNES BAPTISTA RASARIUS

Galeni commentaria in ſecundum Hippocratis Librum, de Morbis Vulgaribus Latine expoſuit. Item in Sextum lib. de Morbis Vulgaribus. Item in Lib. Hipp. de Humoribus. Item de Alimento. Item Galeni opera quædam nuper inventa Latinitate donavit ac edidit. Cæſarauguſtæ, 1567, in 4.

Oribaſii Opera omnia interpretatus eſt.

Item. Xenocratis de Alimento, ex Aquatilibus animantibus.

IOANNES BAPTSTA RUSCHIUS

De Viſus Organo lib. IV. Item de Oculi Dignitate Palæſtra. Piſis, 1631, in 4.

IOANNES BAPTISTA SILVATICUS, *Mediolanenſis*

Controverſiæ Medicæ, centum numero. Mediolani, apud Brechtanum, 1601, in fol. Francofurti, apud Claud. Marnium, 1601, in fol.

Galeni Hiſtoriæ medicinales enarratæ. Hanoviæ, apud Claud. Marnium & Aubrii hæredes, 1605, in fol.

De ſecanda in putridis febribus Salvatella, deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquo comparata, epiſtolæ ad Ioſephum Caſatum Rochi F. Med. Mediolani, apud Brechtanum, 1583, 1584, in 4.

De

De iis, qui morbum ſimulant, deprehendendis. Mediolani, apud Pacificum Pontium, 1595, in 4.

Collegii Mediolanenſium Medicorum origo, antiquitas, neceſſitas, &c. Mediolani, 1607, in 4.

Tractatus duo: 1, De Materia turgente; alter de Aneuryſmate. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1600, in 4. Vincentiis, apud G. Græcum, 1595, in 4.

De Vnicornu, Lapide Bezaar, Smaragdo, & Margaritis: eorumque in febribus peſtilentibus uſu, Tractatio. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1605, in 4. Venetiis, apud Somaſchum, anno & forma iiſdem.

Tractatus de Compoſitione & uſu Theriacæ Andromachi. Heidelbergæ, apud Hier. Commelinum, 1597, in 8. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1600, in 8. Lugduni, 1607, in 8. cum Thomæ Eraſti Examine de Simplicibus, quæ ad compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur.

De Anno Climacterico Tractatus. Ticini, apud Andr. Vianum, 1615, in 8.

Medicus. Mediolani, apud Hieron. Bordonum, 1611, in 8.

De Frigidæ Potu poſt Medicamentum. Mediolani, 1586, in 4.

IOANNES BAPTISTA SITONVS

Iatroſophiæ Miſcellaneorum Pars prima. Patavii, 1641, in 8.

Iatroſophiæ Miſcell. Pars ſecunda. Ibidem.

IOANNES BAPTISTA SPVNTONVS

Con-echidne-logia, hoc eſt, Pulveris viperini diſcurſus. In quo variæ præparationes, medicamenta compoſita, uſu ejuſdem pulveris methodus, tam ad curandum, quam ad præſervandum humana corpora ab omni morborum labe, una cum ejuſdem antiquitate à Thebanorum ſeculis, noſtris hiſce temporibus demandata demonſtrantur. Cum ſelectiſſimorum remediorum Centuria, è Muſæo ipſiſſimi Chirographi Sereniſſimi Ferdinandi Ducis omnium ſtudioſorum Mecœnatis munificentiſſimi in Iatrophilorum gratiam mortaliumque commodum excerpta & addita. Napiæ, apud Io. Andr. Magrium, 1643, in 8.

IOANNES BAPTISTA SVSIVS, *Medicus Mantuanus*

Libellus de miſſione ſanguinis. In quo oſtenditur, in quibuſnam hodie Medici contra Hippocratis & Galeni ſententiam peccent, circa phlebotomiam. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1558, in 8. Venetiis, apud Franc. de Franciſcis, 1571, in 8. Romæ, ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ, 1628, in 12.

De Venis è directo ſecandis libri tres. Cremonæ, apud Vincentium Comitem, 1559, in 4.

Liber de Peſte. Mantuæ, 1576, in 8.

IOANNES BAPTISTA THEODOSIVS, *Bononienſis*

Medicinales epiſtolæ LXVIII. In quibus complures variæque res ad Medicinam, Phyſicenque ſpectantes diſertiſſime traduntur, quibuſvis literarum ſtudioſis utiles. Baſileæ, apud Nicol. Epiſcopium Iuniorem, 1553, in 8.

Nicolai Nicoli commentaria, ſuper Aphoriſmos Hippocratis collegit & edidit.

IOAN-

IOANNES BAVERIVS, *de Imola*

Conſiliorum de re Medica, ſive morborum curationibus, liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in fol. Et à Ruſtico Placentino interpolata; Papiæ, apud Bernardinum de Geraldis, 1521, in fol. Poſtremum recognita à Gualthero Herm. Rijff. Argentinæ, apud Georgium Machæropœum, 1542, in 4.

IOANNES BAVHINVS

De Aquis medicatis nova methodus, quatuor libris comprehenſa. Agitur in iis de Fontibus celebribus, Thermis, Balneis univerſæ Europæ, & potiſſimum Ducatus Wirtembergici, eorum mixtionibus, Metallis, ſuccis inveſtigandi & utendi modo, ac eorum viribus. Item de variis foſſilibus, ſtirpibus, inſectis, quorum plurimæ figuræ ſive icones & Regionum tabulæ adduntur. Montisbeligardi, apud Iac. Foillet, 1605, 1607, 1612, in 4.

Hiſtoria novi & admirabilis fontis balneique Bollenſis in Ducatu Wirtembergico, ac acidulas Geppingenſes: adjiciuntur plurimæ figuræ novæ variorum foſſilium, ſtirpium, inſectorum, quæ in & circa hunc fontem reperiuntur. Ibidem, apud eundem, 1598, in 4. 1660, eadem forma.

Memorabilis hiſtoria luporum aliquot rabidorum, qui circa annum MDXC, apud Mompelgartum & Beffortum, multorum damno publice graſſati ſunt. Additis medicamentis & auxiliis ad eam, & cæterorum animalium rabiem conferentibus. Ibidem, apud eundem, 1591, in 8.

De Plantis à Divis Sanctiſque nomen habentibus, Caput, ex magno volumine de Conſenſu & diſſenſu Autorum circa ſtirpes deſumptum. Additæ ſunt Conradi Geſneri Epiſtolæ hactenus non editæ. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1591, in 8.

De plantis Abſinthii nomen habentibus, Caput. Cum ejuſdem argumenti Claudii Rocardi libello publicatum. Montisbeligardi, apud Iac. Foillet, 1593, in 8.

Hiſtoriæ Plantarum Vniverſalis Tom. I, II, III, quam auxit Dominicus Chabræus, Ebroduni, 1650, in fol.

Ejuſdem & Iohannis Henrici Cherleri Hiſtoriæ Plantarum Prodromus. Ebroduni, 1619, in 4.

IOANNES BEGVINVS

Tyrocinium chymicum è naturæ fonte, & manuali experientia depromtum. Regiomonti, apud Clementem Bergerum, 1618, in 8. 1614 in 12. cum Miraculis & myſteriis chymico-medicis Phil. Mulleri. Coloniæ, apud Ant. Boetzerum, 1615, in 16. Pariſiis, 1616, in 8. Lipſiæ, 1619, in 8. Witebergæ, apud Georg. Mullerum, 1634, & Clementem Bergerum, 1640, in 8. utrobique Chriſtophori Gluckradt, & Ieremiæ Bartii, Notis elegantibus antehac illuſtratum, formuliſque medicamentorum optimis & ſecretis locupletatum, nunc vero à Ioanne Georgio Pelshofero utriuſque Notis & medicamentorum formulis in unum ſyſtema redactis, denuo in publicum emiſſum. Iterum Witebergæ, apud Andream Hartmannum, 1656, in 8. Edente Gerhardo Blaſio. Amſtelædami, apud Ægid. Valkenier, & Gaſp. Commelinum, 1659, in 12.

Novum lumen Chymicum. E Naturæ fonte & manuali Experientia

tia depromtum, & in Tractatus diviſum. Acceſſit Dialogus Mercurii, Alchymiſtæ, & Naturæ. Pariſiis, apud Renatum Ruellium, 1608, in 12.

IOANNES BELIDA, *VVeneranus*

Tabula ſimplicium medicamentorum, quorum in Medicinis potiſſimum eſt uſus, ſeptem linguarum, Latinam videlicet, Græcam, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Belgicam, & Germanicam nomenclaturam & facultates ex parte continens, ordine adphabetico collecta. Embdæ, apud Nicol. Bieſtcanum, 1576, in 8.

IOANNES à BELLOFORTO

In Galeni de Vrinæ ſignificatione ex Hippocrate libellum Commentarii. Pariſiis, apud Ioan. du Carroy, 1581, in 8.

IOANNES BENEDICTVS, *Germanus*

De Morbo Gallico libellus. Extat tomo I Operis de Morbo Gallico, pag. 148.

Regimen de novo & prius Germaniæ inaudito morbo, quem paſſim Anglicum ſudorem, alii Gurgeationem appellant, præſervativum & curativum hujus, & cujuſvis Epidemiæ utiliſſimum. Cracoviæ, apud Hier. Vietorem, 1530, in 8.

IOANNES BENEDICTVS SINIBALDVS, *Leoniſſanus*

Geneanthropiæ, ſive de Hominis generatione Decateuchon. Vbi ex ordine, quæcunque ad Humanæ generationis Liturgiam, ejuſdemque principia, Organa, Tempus, Vſum, Modum, Occaſionem, Voluptatem, aliaſque omnes affectiones, quæ in Aphrodiſiis accidere quoquomodo ſolent ac poſſunt, dedita opera plene, methodice, & jucunde pertractantur. Romæ, apud Franc. Caballum, 1642, in fol.

Hippocratis Antiph*ωνῶν* libri v. Romæ, 1650, in 4.

IOANNES BERGIVS

Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, An ſit ſeptimeſtris an novem menſium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Chouët, 1630, in fol.

IOANNES BERNARDVS FELICIANVS, *Venetus, utraque lingua Medicus ac Philoſophus inſignis. Vixit circa A. C. 1520. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni, De Hippocratis & Platonis Decretis interpretatus eſt.

Item, Galeni, De Fœtus formatione. Item, Ejuſdem, De Semine libros II. Item, De Septimeſtri partu.

IOANNES BERNARDVS CORBISERIVS

Ioa. Hieron. Pulverini Methodicæ curandi Febres, plurima addidit. Extant cum Ejuſdem Praxi.

IOANNES de BETHATZ

Faſciculus Medicinæ, Venetiis, apud fratres de Forlivio, 1491, in fol.

IOANNES BEVEROVICIVS, *Dordracenus*

Epiſtolica quæſtio de Vitæ termino, Fatali, an Mobili? cum Doctorum reſponſis. Dordrechti, apud Henr. Eſſæum, 1634, in 8. Lugduni Batav. apud Ioa. Maire, 1636, in 4, triplo auctior. De eadem quæſtione pars tertia & ultima. Seorſim accedit Nobiliſſimæ & doctiſſimæ Virginis ANNÆ MARIÆ à SCHVRMAN de eodem argumento Epiſtola. Item ejuſdem argumenti alia à Ioh. Elichmanno ex mente & monimentis

nimentis Arabum & Perſarum contexta. Leydæ, apud Ioh. Maire, 1639, in 4.

Αὐτάρκεια Bataviæ, ſive Introductio ad Medicinam indigenam. Lugduni Batav. apud Ioh. Maire, 1644. in 12.

De Calculo diſſertatio. Ibid. 1641, in 12.

Idea Medicinæ Veterum. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1637. in 8.

De Calculo Renum & Veſicæ liber ſingularis. Cum epiſtolis & conſultationibus magnorum virorum. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Epiſtolicæ Quæſtiones, cum Doctorum reſponſis. Accedit Ejuſdem nec non Eraſmi, Cardani, Melanchthonis Medicinæ Encomium. Roterodami, apud Arn. Leers, 1644, in 8.

Index Autherum & rerum.

Quærit & examinat Iohannes Beverovicius, Cum Dominus noſter paſſim tactu, etiam verbo, incurabilibus vexatos morbis ſanitati reſtituerit, quænam ratio ſit, cur in ſanando cœco, uti voluerit linimento & pulvere ſputo conſperſo? Reſpondet Anna Maria Schurman.

Q. Num liceat defunctæ uxoris è fratre vel ſorore neptem uxorem ducere? R. Andreas Rivetus.

Q. De loco Plinii, Atque etiam eſt morbus aliquis per ſapientiam mori? R. Daniel Heinſius.

Q. De loco Apoſtoli, per fidem Sara accepit poteſtatem εἰς καταβολὴν σπέρματος? R. Daniel Heinſius.

Q. Super loco Moſis, de cruentato Sponſarum lintro & aliis virginitatis ſignis? R. Balthaſar Lydius.

Q. De loco Plinii ſupra ſcripto? R. Claudius Salmaſius.

Q. De Platonis loco in Timæo? R. Daniel Heinſius.

Q. De loco Apoſtoli ad Corinthios? R. Daniel Heinſius, Claudius Salmaſius.

Q. Super loco Plinii de aperiendo capite? R. Claudius Salmaſius.

Q. Super loco Euangelii de Hyſſopo? R. Claudius Salmaſius.

Q. De voce Ramex & genuino Plauti loco? R. Claudius Salmaſius.

Refert exemplum Calculorum è renibus, Ioh. Beverovicius.

Problema de Hydrope, Lazari Meyſſonnerii.

Q. De motu cordis & circulatione ſanguinis? R. Renatus des Cartes.

Q. De natura & viribus Menthæ? R. Anchiſes ab Andla.

Q. de Lyncurio Lapide. Balthaſar Lydius.

Q. De providentia Dei in politias? R. Andreas Gobrius.

Q. Super loco Samuelis, An verus fuerit Samuel, qui à morte colloquutus cum Rege Saulo? R. Gerhard. Ioan. Voſſius.

Q. De priſci ævi diuturna vita? R. Ioh. Weſterburgius.

Q. De curatione iteratæ abortus? R. Cornelius à Someren.

An totus Homo ſit morbus? Guido Patinus.

Deſcribit modum curandi vulnera per Sympathiam, Ludovicus Naſſavius.

IOANNES BICKERUS, *Dreiſanus*

Hermes redivivus, declarans Hygieinam, de ſanitate vel bona valetudine hominis conſervanda, in qua omnia ex antiquæ ſapientiæ fontibus

bus, Hipp. Galeno, aliiſque Græcis, & Arabibus, atque Latinis deducuntur, cum Chymiatrorum principiis & Paracelſi dogmatibus veris conjunguntur & methodice deſcribuntur. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1612. in 8. Hanoviæ, apud Eifridum, 1620.

Chirurgia Vulnerum Hermetica. Wittebergæ, apud Lulfiſchium, 1647.

IOANNES BILGERVS

De gravi Catarrho Epiſtola, extat cum Greg. Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4.

De Calculis in humano corpore inventis Epiſtolæ duæ, extant cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV poſterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNES BOCAVDIVS, *Monſpeſſulanus*

Tabulæ curationum, & indicationum, ex prolixa Galeni methodo in ſumma rerum capita contracta. Lugduni, apud Frellonium, 1554, in fol.

IOANNES BODECKERVS, *Boruſſus*

Oratio pro Medico, contra Philoſophum & Oratorem, extat tomo I, pag. 1137 Orationum Argentinenſium, edit. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

IOANNES BODÆVS à STAPEL, *Amſtelredamenſis*

Theophraſti Ereſii De Hiſtoria Plantarum libri decem, Græcè & Latinè. In quibus textum Græcum variis lectionibus, emendationibus, hiulcorum ſupplementis: Latinam Gaſæ verſionem nova interpretatione ad margines: totum opus abſolutiſſimis cum Notis, tum Commentariis, item Rariorum plantarum iconibus illuſtravit.

Acceſſerunt Iulii Cæſaris Scaligeri in eoſdem libros Animadverſiones: & Roberti Conſtantini Annotationes. Addita eſt Ioannis Arnoldi Corvini I C. Præfatio in Notas & Commentarium V. Cl. Ioannis Bodæi à Stapel M. D. in Theophraſtum. Amſtelredami, apud Henricum Laurentium, 1644, in fol.

IOANNES BODINVS

Vniverſæ naturæ Theatrum. Francofurti, 1597, in 8. Hanoviæ, 1605, in 8.

Commentarii in Oppiani libros IV de Piſcium venatione. Lutetiæ, 1555, in 4.

IOANNES BOKELIVS, *Hamburgenſis*

Synopſis novi morbi, quem plerique Catarrhum febrilem, vel Febrem catarrhoſam vocant, qui non ſolum Germaniam, ſed pene univerſam Europam graviſſime adflixit. Helmæſtadii, apud Iac. Lucium, 1580, in 8.

De Philtris, utrum animi hominum his commoveantur, nec ne? Hamburgi, apud Hermannum Mollerum, 1599, in 4. 1614, in 4.

De Peſte, quæ Hamburgum civitatem anno LXV graviſſime adflixit. Henricopoli, apud Conrad. Corneum, 1577, in 8.

Anatome vel deſcriptio partium humani corporis ut ea in Academia Iulia, quæ eſt Helmſteti, ſingulis annis publice prælegi, ac adminiſtrari ſolet. Ibidem, apud eundem, 1585, & 1588, in 8.

De

De Philtris, utrum homines iis commoveantur, nec ne? Hamburgi, apud Herm. Mollerum, 1614, in 4.

IOANNES le BON, *Heteropolitanus*

Therapia Puerperarum. Libellus brevitate, & experimentis gratus, Heroicis & Magnatibus præſertim expetendus. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1589, in 16. cum Hollerii Praxi. Pariſiis, apud Iac. du Puys, in 16. cum Theſauro Pauperum Liebautii, & in Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis, pag. 396.

IOANNES BORGESIVS, *Hoplinienſis ad Liſam*

Iamotii Verſionem, Tractatus Demetrii, de Arthritide, ex Gallica, Latinam fecit.

Laur. Iouberti, De Vulgi erroribus, Medicinæ Medicorumque dignitatem deformantibus librum primum, Latinum à ſe factum illuſtravit.

IOANNES du BOYS, *Pariſienſis*

In Methodum miſcendorum medicamentorum, quæ in quotidiano ſunt uſu obſervationes, ex Græcis, Arabibus, & Neotericis. Opus valde utile, & à delectis aliquot ex ordine Medicorum Pariſienſium viris doctiſſimis viſum. Pariſiis, apud Iacobum Kerver, 1572, in 8. Londini, cum Bricii Bauderoni Pharmacopœa, apud Edwardum Griffinum, 1639, in fol. Hagæ Comitis, 1640, in 12.

IOANNES BOZERVS

Carmen de origine & progreſſu artis Medicæ, habitum cum gradus Doctoratus Cl. viris D. Henrico Paxmanno, & D. Ioanni Gœbelio decerneretur. Witebergæ, 1577, in 4.

IOANNES BRABVS CHAMICVS, *Profeſſor Anatomiæ, in Academia Conimbricenſi*

De Capitis Vulneribus lib. Conimbricæ, apud Didacum Loureiro, 1610, in fol.

IOANNES BRACESCVS, *Brixianus*

Dialogus, cui titulus eſt Lignum vitæ, in quo etiam Geberi Philoſophi expoſitio ſuccincta continetur, ex Italico autoris Autographo in Latinum verſus à Guilielmo Gratarolo. Extat cum Veræ Alchemiæ modo ex variis ab eodem Gratarolo collecto. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 3.

IOANNES BRAMBACHIVS

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

IOANNES BRAVVS, *Petraſitanus, Profeſſor in Academia Salmanticenſi*

De ſaporum, & odorum differentiis, cauſis, & effectionibus liber unus. Salmanticæ, apud hæredes Matthiæ Gaſtii, 1513, in 8. Venetiis, apud Ioa. Ciottum, 1592, in 8.

De curandi ratione per medicamenti purgantis exhibitionem libri tres. Salmanticæ, apud Cornelium Bernardi, 1588, in 8.

In Cl. Galeni libros de Differentiis febrium Commentaria. Salmanticæ, apud Matthiæ Gaſtii hæredes, 1585, in 4. Ibidem 1596, in 4. Ibid. 1588, in 8.

In libros Prognoſticorum Hippocratis Commentaria. Salmanticæ, apud hæredes Mart. Henrici, 1578, 1583, in 8. Ibid. 1593, in 4.

De Hydrophobiæ natura, cauſis, atque medela eorum qui à canibus rabidis morſi ſunt, liber unus. Salmanticæ, apud Ioan. Bapt. à Terra Nova, 1571, in 12. 1576, in 8. 1581, in 12. 1588, in 4.

Pharmacopœa. Salmanticæ, apud Ant. Sfortiam, 1585, in 8.

IOANNES BRVYERINVS, *Campegius*

De re cibaria lib. XXII. Omnium ciborum genera, omnium gentium moribus uſu comprobata complectentes. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1560, in 8. Francof. apud Palthenium, 1600, in 8. ab Othone Caſmanno reviſa, ibidem, 1606, in 8.

Averrois, de Curandis Morbis, Latine reddidit. Extat cum illius Collectaneis, de Re Medica. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1537, in 4.

Avicennæ de Corde, Latine interpretatus. Lugduni, apud Nicol. Eduardum, 1559, in 8.

IOANNES BVRGOWERVS, *Scaphuſanus*

De neceſſitate Turundarum poſt Extractionem Calculi Epiſtola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Lithotomia Veſicæ. Baſileæ, apud Ludovicum Köning, 1628, in 4.

De Corporis humani partibus Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

De Ruminatione humana, extat decade ſeptima earundem Diſputationum impreſſarum, 1631, in 4.

IOANNES BVSÆVS, *Noviomagus*

Arca medica adverſus animi morbos. Herbipoli, apud Ioannem Albinum, 1609, in 4.

IOANNES BVSTAMANTINVS, *Camerenſis*

De reptilibus vere animantibus S. Scripturæ Libri ſex, duobus tomis comprehenſi. Lugd. apud Ant. Pillehotte, 1620, in 8, 2 voll. Compluti, 1591.

IOANNES BVTINVS

Hippocratis Aphoriſmi Græce & Latine, ita digeſti in ordinem, ut mutuo ſeſe explicare, & ad morborum curationem ſinguli ſuo è loco prodire videantur, cum brevi expoſitione ex Galeni commentariis depromta. Ejuſdem Hippocratis Prænotionum libri tres, cum explicatione eodem ex fonte hauſta. Inſigniores aliquot ſententiæ ex libris Aurelii Cornelii Celſi, Medici inter Latinos eloquentiſſimi. Lugduni, apud Ioannem Tornæſium, 1580, in 12. Genevæ, apud Petrum & Iac. Choüet, 1624, 1625, in 12.

IOANNES BVTNERVS

Catalogus medicamentorum tam ſimplicium quam compoſitorum, et & chymicorum officinæ pharmaceuticæ Butnerianæ in Republica Gorlicenſi, cum eorundem taxatione & legibus. Gorlicii, apud Ioannem Rhambam, 1629, in 4.

IOANNES CÆSARIVS

In Celſum caſtigationes. Hagenoæ, apud Ioan. Soterium, 1528, & Solingiaci, apud eundem, 1538, in 8.

Nicolai Bertrutii Compendium recognitum, ſuæ integritati reſti-

IOANNES CAJVS, *Britannus, Medicus, Diſcipulus Ioa. Bapt. Montani. Claruit Baſileæ A. C. 1544. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Medendi methodo, ex Cl. Galeni Pergameni, & Ioannis Baptiſtæ Montani Veronenſis, principum Medicorum, ſententia, libri duo. Baſileæ, apud Frobenium, 1544. in 8. & cum Ioan. Bapt. Montani Opuſculis variis, ac præclaris ab Hier. Donzellino editis; Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1558. in 8.

Opera aliquot, & Verſiones. Videlicet de Medendi methodo libri II. De Ephemera Britannica Liber unus. Verſio Librorum Galeni; nempe de libris ſuis; De ordine ſuorum librorum: De ratione Victus, ſecundum Hippocratem, in morbis acutis. De Placitis Hippocratis & Platonis. Lovanii, apud Anton. Mariam Bergagno, 1556, in 8.

Cl. Galeni Pergameni libri aliquot Græci partim hactenus non viſi, partim à mendis quibus ſcatebant innumeris ad vetuſtiſſimos codices repurgati, & integritati ſuæ reſtituti, annotationibuſque illuſtrati. Baſileæ, apud Frobenium, 1544. in 4.

Sunt autem:

Galeni liber primus περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων Græcus, jam primum inventus, & per Ioan. Cajum in Latinum ſermonem verſus.

Ejuſdem, περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτην κώματος, nunquam hactenus impreſſus.

Ejuſdem, περὶ ἀντεμβαλλομένων, ex vetuſto codice integer factus, prius mutilus.

Ejuſdem, περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων lib. IX. infinitis in locis ad vetuſtiſſima exemplaria tria emendati, atque annotationibus & argumentis illuſtrati, per Ioan. Cajum.

Item περὶ μυῶν κινήσεως lib. II, ad vetuſtos codices caſtigati, additis in eoſdem annotationibus Ioan. Caji.

Ejuſdem lib. VII περὶ χρείας μορίων fragmentum, in codicibus Græcis impreſſis deſideratum.

Hippocratis περὶ φαρμάκων liber.

De Canibus Britannicis liber unus. De rariorum Animalium & ſtirpium hiſtoria, liber unus. De libris propriis liber unus. In quo ſingulorum rationem reddit. Londini, apud Guil. Sereſium, 1570, in 4.

IOANNES CAMARA *Buſthemantinus*

De Reptilibus, vere Animantibus, Scripturæ Sacræ, Tomi duo. Compluti, in 8.

IOANNES CAMERARIVS

Petri Andreæ Matthioli Anatomen de Plantis, novis iconibus, & accuratioribus Deſcriptionibus auxit, & locupletavit. Extant ad Matthiolum.

IOANNES CAMPEGIVS

Catalogus librorum Galeni Pergameni, & quo hi ſint ordine legendi. Extat cum Symphoriani Campegii Cribrationibus medicamentorum. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1534. in 8.

IOANNES CAPELLANVS, *Regius Medicus. Vixit A. C.* 1504. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Conſilium de Peſte, extat cum Conſiliorum libro Ioa. Fernelii. Pariſiis, apud Ægidium Beyſium, 1585, in 8.

IOAN-

IOANNES de CARMONA

Tractatus an Aſtrologia ſit Medicis neceſſaria. Acceſſit inſuper Praxis ſubtiliſſima, ac ad curandam cognoſcendamque peſtilentiam apprime neceſſaria, ejuſdem autoris. Hiſpali, apud Ferdin. Maldonado, 1582, in 8. apud Franc. Perez, 1590, in 8.

De Peſte, & Febre cum Puncticulis. Salmantiæ, in 8.

IOANNES CARNARIVS, *Gandenſis*

De Thermis Patavinis Carmen. Et de Podagræ laudibus, libellus. Patavii, apud Ioan. Bapt. Amycum, 1553, in 8.

IOANNES CAROLVS AMATVS, *Moniſtrolenſis*

Fructus Medicinæ ex variis Galeni locis decerpti. Lugduni, apud Ludov. Proſt, 1623, in 12.

IOANNES CAROLVS ROSENBERGIVS, *Argentinenſis*

Rhodologia, ſeu Philoſophico-Medica generoſæ Roſæ deſcriptio: Aoſculis Philoſophicis, Philologicis, Philiatris, Politicis, Chymicis, &c. adornata. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1628, in 8. Francof. apud Wilhelm. Fitzerum, 1631, in 8.

Roſa nobilis iatrica. Seu Animadverſiones & exercitationes medicæ, Hippocraticæ, & Hermeticæ, novæ ac notatu dignæ. Argentorati, apud Eberh. Zetznerum, 1624, in 12.

IOANNES CARVINVS, *Montis Albani Medicus. Floruit A.C.* 1562. *Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

De Sanguine Dialogi ſeptem. Lugduni, apud hæredes Sebaſt. Gryphii, 1562, in 8. Hanoviæ, apud Wecheli hæredes, 1605, in 12.

IOANNES CASPARVS HELBLINVS

De Oculi ſtructura Epiſtola, extat Cent. 1 Epiſt. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 284. Francof. 1646, in fol.

IOANNES CASPAR ROTMVNDVS

De Diæta Sanorum Diſputatio. Extat decade VII Diſputationum Baſilienſium à Ioanne Iacobo Genatio editarum, Baſileæ, 1631, in 4.

IOANNES CASTELLANVS, *Romanus*

Phylactirion Phlebotomiæ, & Arteriotomiæ. Cum figura admodum neceſſaria & utili, venas & arterias totius corporis, tam ab antiquis, quam noſtri ſæculi Chirurgis ſecari ſolitas, ad vivum repræſentante. Argentinæ, apud Paulum Ledertz, 1628, in 8.

IOANNES CASTELLVS

Pharmacopœa, medicamenta in officinis Pharmaceuticis uſitata complectens & explicans. Gadibus, apud Iohannem de Bojet, 1622, in 4.

De Peſte, ejuſque cauſis, ſignis, præſagiis, curatione, & præſervatione tractatus. Auguſtæ, 1608, in 8.

IOANNES CASTNERVS

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNES CASVS, *Oxonienſis*

Lapis Philoſophicus ſive Commentarius in 8 libb. Phyſicorum Ariſtotelis. Acceſſit ancilla Philoſophiæ. Francof. ad Mœnum, 1600, in 8.

IOANNES CECKIVS, *Bononienſis*

De Puerorum tuenda valetudine, atque de eorundem morbis profligandis, brevis & integra methodus ex Latinorum, Arabum, & Græcorum placitis excerpta. Witebergæ, apud Wolffgangum Meiſnerum, 1604. in 8.

IOANNES CHEMNITIVS

Index Plantarum circa Brunſvigam naſcentium. Brunſvigæ, 1652. in 4.

IOANNES CHICOTIVS

Epiſtolæ & Diſſertationes medicæ. De Anno & Anni tempeſtatibus. De purgandi ratione. De Rheumatiſmo. De Variolarum & Morbillorum ortu, cauſis & curatione. De Dolore. De Somno & Vigilia. De Melancholia morbo. Acceſſit Manuductio ad Medicinam faciendam. Pariſiis, apud Carolum du Meſnil, 1656, in 4.

IOANNES CHIFFLETIVS

Singulares, tam ex curationibus, quam cadaverum ſectionibus, Obſervationes. Exſtat cum Dædalmatis Fil. Ioh. Iacobi Chiffletii. Pariſiis, apud Ioa. Richer, 1612. in 8.

IOANNES du CHOVL

De varia Quercus hiſtoria. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1555. in 8. Acceſſit Pilati Montis deſcriptio.

IOANNES CHRISTOPHORVS AYRER

De Morbo Vngarico Diſputat. Extat decade VII Diſputationum Baſilienſium à Ioanne Iacobo Genatio editarum, Baſileæ, 1631, in 4.

IOANNES CHRISTOPHORVS EYSENMENGERVS, *Heibrunnenſis*

De Epilepſia Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iacob. Genathius, 1620, in 4.

IOANNES CHRISTOPHORVS GEILFVSIVS

Inſtitutiones Medicæ, hiſtoriis, obſervationibus rarioribus, ſecretisque multis auctæ. Auguſtæ Vindelicorum, apud Ioa. Prætorium, 1658, in 12.

IOANNES CHROSCZIEYOIOSKII

Hieron. Mercurialis, De Morbis Puerorum Tractatum, in tres libros digeſſit, & edidit.

IOANNES CHRYSIPPVS, *Fanianus*

De arte metallicæ Metamorphoſeos liber ſingularis. Quo omnia quæ ad Philoſophici lapidis opus pertinent, apertiſſime deſcribuntur. Item de jure artis Alchemiæ veterum Auctorum, & præſertim Iuriſconſultorum Iudicia & Reſponſa ad quæſtionem, an Alchemia ſit ars legitima. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1576, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. ſine additamento de Iure artis, &c. Pariſiis, apud Guil. Guillard, 1560, in 4. Baſileæ, 1600, in 8.

IOANNES CHRYSOSTOMVS MAGNENVS, *Burgundus Luxovienſis*

Democritus Redivivus, ſive vita & Philoſophia Democriti. Lugd. Batav. 1648, in 12.

D

De Manna. Ticini, apud Ioa. Andr. Magrium, 1648, in 8.

De Tabaco. Ticini, apud Eundem, 1648, in 4.

Hi Tractatus duo conjunctim editi ſunt Hagæ-Comitis, 1658, in 12.

IOANNES CLAVDIVS de la COVRVEE, *Veſulanus*

De Nutritione Fœtus in utero, Paradoxa. Dantiſci, apud Georgium Forſterum, 1655, in 4.

Oſtentum ſeu de Ferramentis è Dorſo extractis. Pariſ. 1648, in 8.

Frequentis Phlebotomiæ uſus & cautio in abuſum. Pariſiis, 1647, in 8.

IOANNES CLEMENS CVNO

Epiſtolæ binæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNES COBOLDVS, *Aldenburgenſis*

De Puero Ectatico Aldenburgenſi Narrationes aliquot Epiſtolicæ. Extant cum Pauli Lentuli Hiſtoria de Prodigioſa Apolloniæ Schreieræ Inedia. Bernæ Helvet. apud Ioan. le Preux, 1604, in 4.

IOANNES COYTTARVS THÆREVS, *Aluiſienſis*

De Febre purpura epidemiali & contagioſa libri duo. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1578, in 4.

IOANNES COLLE, *Bellunenſis. Vixit A.C.* 1617. *Moreau de V. S. in Pleurit.*

Coſmitor Medicæus triplex, in quo exercitatio totius artis Medicæ; loca dilucidata, & quæſita varia deciſa; ac Conſultationes medicinales, & quæſtiones practicæ enucleatæ proponuntur : unde elegans Medica ars Theorica, & Practica, fida nempe Methodus tuendæ ac recuperandæ ſanitatis, & luculentus omnium præſidiorum uſus tutus atque jucundus ſtudioſis objicitur ex Græcorum, Arabum, & tam Latinorum veterum quam recentiorum doctrina. Venetiis, apud Baretium, 1621, in fol.

Elucidarium Anatomicum, & Chirurgicum ex Græcis, Arabibus, & Latinis ſelectum : una cum commentariis in quarti Lib. Avicennæ Fen tertiam. Inſerti ſunt tractatus, de Vulneribus, Vlceribus, Tumoribus, Fracturis, Lue Gallica, Luxationibus. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1621, in fol.

De Cognitu difficilibus in Praxi ex libello Hippocratis de Inſomniis, & ex libris Avenzoaris : per Commentaria, & Sententias dilucidata. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1628, in 4.

Methodus facile parandi jucunda, tuta, & nova Medicamenta, & ejus applicatio adverſus Chymicos. De Tincturis, Extractis, Quintis Eſſentiis, Salibus, Cremoribus, Syrupis Chymicis, Aquis Spagyricis, Purgantibus Hermeticis, Coſmeticis, Fucis, Tartaro Vini, & aliorum, Calcantho, ſeu Vitriolo, Menſtruis propriis medicamentorum. De Vita & Senectute longius protrahenda. De Alexipharmacis chymicis adverſus omnia venena. Nec non de antiqua Morbi Gallici natura, ejuſque ſymptomatibus, notitia, & medela ſingularis. De Plica, Cyrris, Capillorum agglomeratione, & ejus antiqua origine. De Faſcino dignoſcendo, & curando. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1628, in 4.

De Morbis malignis. Patavii, 1620, in fol.

De Idea, & Theatro imitatricium, & imitabilium ad omnes intellectus facultates, ſcientias, & artes, Libri Aulici. Quibus cunctæ intellectus facultates inſtrumentariæ, Grammatica, Logica, Rhetorica, Poëtica, Hiſtoria; omnes ſcientiæ activæ & ſpeculativæ; Mathematicæ, multi tractatus jucundiſſimi, Moralis Philoſophia, Politica, Naturalis, Theologia, Metaphyſica; omnes artes, Medicina, Agricultura, Typographia, Pictura, Sculptura, Ferraria, Vitriaria, Architectura, & Mechanicæ, non ſolum quo ordine, & qua methodo inveniendæ, & inventæ ſint ordinandæ, & perſpicue exponendæ, manifeſtatur; ſed ſingulæ mira brevitate, ordine & methodo ante oculos locantur. Principibus & Aulicis Viris utiliſſimæ, & jucundiſſimæ, qui multis negotiis obſtricti longius tempus in his literarum ſtudiis conterere nequeunt. Item tractatus de Nobilitate, de falſo à Vulgo creditis, & aliis, &c. Piſauri, apud Flaminium Concordiam, 1617, in fol.

Medicina practica, ſive methodus cognoſcendorum & curandorum omnium affectuum malignorum & peſtilentium. Piſauri, apud Rob. Mejettum, 1617, in fol.

IOANNES COMBACHIUS, *VVetteranus*

Liber de Homine, in quo de nobiliſſ. creaturæ eſſentia & partibus, ejuſdemque ordine ad Deum, Vniverſum, aliaſque creaturas agitur. Addita eſt diſquiſito duplex: prior, de Caſeo; altera, de Divinationibus. Marpurgi, apud Rod. Hutwelckerum, 1620, in 8.

De Philtris, utrum animi hominum his commoveantur, nec ne, tractatus. Hamburgi, apud Hermanuum Mollerum, 1609, in 4.

IOANNES de CONCOREGIO, *Mediolanenſis, docuit Bononiæ & Papiæ, ſumma ingenii laude. Vixit A. C.* 1501. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Praxis nova totius fere Medicinæ, Lucidarium, & Flos florum Medicinæ vulgo nuncupata: quæ quidem quatuor tractatibus continentur. Videlicet, De diſpoſitionibus capitis, & partium ejus, tract. I. De diſpoſitionibus Cordis, pectoris, & partium ejus, tract. II. De diſpoſitionibus ſtomachi, hepatis, ſplenis, & aliorum membrorum, naturalium, tract. III. De diſpoſitionibus genitalium membrorum, teſticulorum, matricis, & aliorum annexorum, tract. IV. Summula item de curis febrium, &c. Venetiis, apud hæredes Octaviani Scoti, 1515, in fol. & apud Lucam Anton. Gjuntam, 1521, in fol. Extat quoque Mss. in Bibliotheca noſtra.

IOHANNES CONRADUS GERARDI

Tractatus de Chymiatria; id eſt, de Aquorum Oleorum Salium Eſſentiarumque extractione & Thermarum probatione.

Extractum Chemicarum quæſtionum. Argentorati, 1616, in 8.

IOANNES CONRADUS WECHTLERUS

Homo oriens & occidens, duobus actibus & libris in Scenam productus, ut primus primum ab infimis principiis aſſurgentem; ſecundus ſecundum ab hoc perfectionis ſtatu ad corruptionem & cineres delabentem complectatur. Francof. 1659, in fol.

IOANNES CONTARENUS, *Venetus*

De Purgandis Enixis & recto Bezabarticorum uſu tractatus. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Bartonum, 1614, in 4.

IOAN-

IOANNES CORNELIVS UTERVERIVS

Vlyſſis Aldrovandi de Quadrupedibus Solipedibus, collegit & recenſuit.

Ejuſdem, de Quadrupedibus Biſulcis.

De Piſcibus, & Cetis.

IOANNES COSMA HOLTZACHIVS, *Baſilienſis*

Annotationes in Dioſcoridem. Lugduni, apud Frellonium, 1556, in 12.

Lepræ experimentum, & examen, quo ſuccincte & dilucide edocetur, qui & qua ratione examinare & dijudicare eos conveniat, qui de Lepra ſuſpecti ſunt. Tiguri, apud Froſchoverum, 1558, in 8.

IOANNES COSTA

De Venarum Meſaraicarum uſu liber. Venetiis, 1565, in 4.

IOANNES COSTÆVS, *Laudenſis*

Annotationes in Avicennæ Canonem, cum novis alicubi Obſervationibus, quibus Principum Philoſophorum ac Medicorum Diſſenſus, atque conſenſus indicantur. Venetiis, apud Iuntas, 1595, in fol.

In Ioa. Meſuæ Simplicia & compoſita, tum ejuſdem Antidotarii IX poſtrema ſectiones Annotationes. Extant cum Meſuæ Operibus.

Miſcellanearum Diſſertationum Decas prima. Patavii, apud Ioan. Bapt. Paſquatum, 1658, in 12.

Ioannis Bapt. Montani in Galeni libb. de Elementis, de Natura Humana, de Atra bile & de Temperamentis Comm. edidit, Hanoviæ, 1595, in 8.

Diſquiſitionum Phyſiologicarum in primam primi Canonis Avic. ſect. Libri ſex. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1589, in 4.

De humani conceptus, formationis, motus, & partus tempore. Bononiæ, apud Ioannem Roſſium, 1596, in 4. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Vniverſali ſtirpium natura libri duo. Auguſtæ Taurinorum, 1580, in 4. Venetiis, 1578, in 4.

De Potu in morbis. In quo de aquis, vino, omnique facticio potu in univerſum, ac de privato in ſingulis morborum generibus eorum uſu plene diſſeritur. Papiæ, apud Ioan. Bapt. Viſmaram, 1604, in 4. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1604, eadem forma.

De Facili medicina per Seri & Lactis uſum, libri tres. Bononiæ, 1595, in 4. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Igneis Medicinæ præſidiis libri duo. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1595, in 4.

IOANNES CRATON à CRAFFTHEIM, *Vratiſlavienſis. Floruit circa A. C. 1554. Renatus Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Iſagoge Medicinæ. Venetiis, apud Valgriſium, 1560, in 8. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1595, in 8.

Periocha methodica in Galeni libros de Elementis, Natura humana, Atra bile, Temperamentis & Facultatibus naturalibus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8. Acceſſerunt in libros Galeni Ioannis Baptiſtæ Periochæ cum Epiſtola Ioannis Cratonis, qua recte Galenum legendi ratio breviter oſtenditur. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1595, in 8.

Μικροτέχνη, ſeu parva ars Medicinalis, nunc primum ſtudio & induſtria Laurentii Scholzii Vratiſlavienſis in lucem edita. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1592, in 8. Hanoviæ, apud Claudium Marnium, 1609, 1646, in 8.

Methodus Therapeutica ex Galeni & Montani ſententia. Francof. 1608, in 8. Idea etiam Hippocratica. De Generatione Pituitæ. De Victus Ratione. Vna cum Methodo de humore melancholico. Baſileæ, apud Oporinum, 1555, 1563, in 8. apud Pernam, 1558, in 8. cum Opuſculis variis ac præclaris Ioan. Bapt. Montani ab Hier. Donzellino editis. Francof. apud Nicol. Steininm, 1594, in 8. Ibidem apud Unckelium, 1621, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium. Liber. Ex collectaneis clariſſ. Viri Domini Petri Monavii Vratiſl. quondam Medici Cæſarei ſelectus, & primum à Laurentio Scholzio Sileſio in lucem editus. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1591, 1595. apud Aubrios, 1620, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium liber ſecundus. Laurentii Scholzii ſtudio in lucem editus. Ibidem, apud eoſdem, 1592, in 8. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1609, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium liber tertius. Ejuſdem L. Scholzii opera editus. Ibid. apud eoſdem, 1592, 1609. apud Preſſium, 1646, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium liber quartus. Ejuſdem Scholzii induſtria editus. Ibidem, apud eoſdem, 1593, in 8. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1614, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium liber quintus. Ejuſdem ſtudio editus. Francofurti, 1593, in 8. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium liber ſextus. Ejuſdem Scholzii ſtudio editus. Hanoviæ, apud hæredes Ioh. Aubrii 1611, in 8.

Conſiliorum, & Epiſtolarum Medicinalium liber ſeptimus, per eundem in lucem emiſſus. Ibidem, apud eoſdem, 1611, in 8.

Ioan. Bapt. Montani Conſultationum Opus, Suis totidem auctum edidit. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Francof. 1587, in fol. Ejuſdem Expoſitionem, in IX lib. Razis, ad Almanſorem Regem integritati reſtituit.

De Morbo Gallico Commentarius, nunc primum ſtudio & opera Laur. Scholzii in lucem editus. Francof. 1594, in 8. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

De vera præcavendi, & curandi febrem peſtilentem contagioſam ratione, ex Idiomate Germanico in Latinam linguam converſa, à Domino M. Martino Weinrichio. Extat pag. 1070 Conſiliorum Medicinalium à Laur. Scholzio collectorum, editionis Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Aſſertio pro libello ſuo Germanico, in quo peſtilentem febrem putridam ab ea quæ à contagione oritur lateque diſſeminatur, diſcernit. Adjecta eſt brevis de Contagione & putredine, vera etiam curandi & præcavendi contagioſam febrem peſtilentem ratione, commentatio & commonefactio. Francof. apud Wecheli hæredes, 1585, 1595, in 8.

Epiſtola

Epiſtola ad Caſp. Peucerum de Peſte. Extat tomo II Conſiliorum Montani.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum. Hortatur Crato Matthiolum, ne ob malevolorum inſectationes à Republica juvanda ſuis ſtudiis ſe dimoveat. Extat lib. II Epiſt. Matthioli, pag. 379.

Epiſtola alia, in qua probantur Matthioli defenſiones in Guilandinum, quædam vero pluribus aſſerenda cenſentur. Extat ibidem lib. IV, pag. 452.

IOANNES CROQVERVS *Polonus*

Guilh. Rondeletii Opera Medica correctiora edidit.

IOANNES CVLMAN, *Geppingenſis*

Ioan. Marinelli Commentariis in Hippocratem argumenta nova, in ſingulos libros addidit.

IOANNES CVNRADVS DIETERICI

Hippocratis Aphoriſmos illuſtravit. Gieſſæ, 1656, in 4.

IOANNES CVNRADVS GERHARDVS

Extractum Chymicarum quæſtionum, ſive reſponſionis ad theoriam lapidis Philoſophici editam in Academia Regiomontana à quodam ibidem antichymiſta. Vbi veritas artis Chymicæ etiam contra principia negantem aſſeritur, & multæ difficiles & jucundæ quæſtiones diſcutiuntur. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1616, in 8.

Panaceæ Hermeticæ ſive medicamenti univerſalis aſſertio & defenſio Galeno-Chymica. Vlmæ, 1640, in 8.

Commentatio perbrevis & luculenta in Apertorium R. Lullii de Lapide Philoſ. cum Interpretatione Teſtamenti noviſſimi Arnoldo de Villa Nova attributi. Item Medulla Gebrica. Tubingæ, 1643, in 8.

Tractatus practicus de Chymiatria, id eſt, de Aquarum, Oleorum, Salium, Eſſentiarum extractione, & de Thermarum probatione. Baſileæ, apud Ioan. Iac. Genathium, 1631, in 4.

IOANNES CVRIO

Arnoldi de Villanova, Enarrationes, in de conſervanda bona Valetudine Scholæ Salernitanæ Opuſculum, recognovit, & auxit. Piſis, 1484, in 4. Francofurti, 1612, in 12.

IOANNES DAMASCENVS, *Monachus Benedictinus, Filius Meſue, Filii Hamech, Filii Heli, Filii Abdela, Regis Damaſci, Græcè ſcripſit, juxta alios Arabice. Floruit ſub Adriano* IV, *Pontifice, A. C.* 1158. *Secundum alios, ſub Friderico Barbaroſſa, Imperatore. A. C.* 1155. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Aphoriſmorum liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in 4. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1579, in 8. cum Aphoriſmis Rabbi Moyſis. Cum Rhazis Oper. Venetiis, 1497, in fol.

IOANNES DANIEL HORSTIVS

Manuductio ad Medicinam, de Præcognitis. Marpurgi, apud Ioſ. Dietericum Hampelium, 1648, in 8. 1657, in 12. Vlmæ, 1660, in 12.

Compendium Phyſicæ Hippocraticæ. Ibidem, apud eumdem, 1646, in 8.

Decas Obſervationum & Epiſtolarum Anatomicarum. Quibus ſingularia ſcitu digna, Lactearum nempe Thoracicarum, & Vaſorum Lymphaticorum

phaticorum natura, Embryoniſque per os nutritio, atque alia rariora exponuntur. Francofurti, apud Wilhelmum Serlinum & Georg. Fickwirthum, 1656, in 4.

Pharmacopœa Galeno-Chemica Catholica, poſt Renodæum, Quercetanum, alioſque hujus generis celeberrimos utriuſque Medicinæ Doctores practicos adornata, ſelectiſque medicamentorum compoſitionibus, experimentis, & obſervationibus Spagyricis rariſſimis & novis, nec non morborum omnium appropriatis remediis probatiſſimis adaucta. Acceſſerunt Inſtitutiones Pharmaceuticæ, methodo elegantiſſima præparandi Pharmaca, & doctrina de tota Materia Medica. Francofurti, apud Ioh. Godefredum Schönwetterum, 1651, in fol.

Anatome Corporis humani, tabulis comprehenſa. Marpurgi, apud Chemlinum, 1639, in 4.

Ruminatio detectionis novæ ſectæ Sennerto-Paracelſicæ D. Freitagii. Marpurgi, apud Chemlinum, 1640, in 4.

Malva arboreſcens lutea. Addita eſt replica adverſus Auguſtini Thomeri Querimoniam. Gieſſæ Haſſorum, 1654, in 4.

IOANNES DANIEL MYLIVS, *Vetteranus Haſſus*

Opus Medico-Chymicum: continens tres tractatus ſive Baſilicas: quorum prior inſcribitur Baſilica Medica. Secundus, Baſilica Chymica. Tertius, Baſilica Philoſophica. Francofurti, apud Lucam Iennis, 1618, in 4.

Quorum

Tractatus primus, ſeu Baſilica Medica, continens tres libros ſeu partes de Salutifera Medicina antiqua Hippocratica. I, Phyſiologiam. II, Pathologiam. III, Therapeuticam ſuccincte demonſtrat.

Tractatus ſecundus, ſeu Baſilica Chymica, continens libros ſeptem. I, Anatomiam Auri: II, Argenti & Mercurii: III, Iovis, Martis, ac Veneris. IV, Tractat de Gemmis. V, Examinat Mineralia. VI, Vegetabilia reſolvit. VII, Animalia explicat.

Tractatus tertius, ſeu Baſilica Philoſophica, continens libros tres. Horum prior continet Philoſophorum ac Sapientum antiquorum Conſilia ſuper Lapidem Philoſophorum ſeu Medicinam univerſalem. II Liber deſcribit Chymicorum vaſa & fornaces. III Liber explicat quædam Philoſophorum obſcura.

Operis Medico-Chymici, continentis tres tractatus ſive Baſilicas, Index geminus luculentiſſimus: ex quibus prior omnium & ſingulorum, quæ in eo continentur, Capitum ſummam: Poſterior Res & Verba memorabilia exhibet. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1630, in 4.

Anatomia Auri, ſive Tyrocinium Medico-Chymicum, continens in ſe partes quinque: quarum I, tradit Concordantiam & Harmoniam Solis cœleſtis cum Auro terreſtri: item auri definitionem & confuſam multorum Phyſicorum de Auro opinionem. II, agit de Medicinis aureis & Receptis antiquorum ac recentium Medicorum, Aurum ingredientibus, tam in ſimplici, quam præparata forma. III, de Auri potabilis præparatione tam vulgari, quam Philoſophica. IV, Exhibet Vſum medicinalem Auri potabilis tam communis, quam veri & Philoſophici. V, demonſtrat Ideam

Idéam Lapidis in duodecim figuris. Francof. apud Lucam Iennifium, 1628, in 4.

Antidotarium Medico-Chymicum Reformatum, continens quatuor libros diſtinctos. Quorum primus Generaliora in pharmaciam requiſita explicat. II, Tractat de quibuſdam exoticis in noſtris Baſilicis omiſſis. III, Tradit præcepta Galenicorum & Chymicorum de præparatione medicamentorum. IV, Reſolvit formas, & dividit medicamenta tam Galenicorum, quam Chymicorum. Francof. apud Lucam Iennis, 1620, in 4. apud Clem. Schleichium, 1638, in 4.

Pharmacopœa Spagyrico-Medica, ſive Practica Galeno-Chymica, arcana, & univerſalis: ad omnis generis curandi morbos elaborata, nec non ſecretis remediis, Antidotis, Diaphoreticis, Elixiriis, Anodynis, Magiſteriis & myſteriis, atque doctiſſimorum Medicorum tum Spagyricorum, tum Galenicorum auctoritate, eorumque compoſitionibus & experimentis variis exornata. Francof. apud Ioan. Godofr. Schônwetterum, 1628, in 8.

Pharmacopœæ Spagyricæ, ſive Practicæ univerſalis Galeno-Chymicæ liber ſecundus. Ad omnis generis curandi morbos, ſecretiſſimis remediis & experimentis elaboratus, nec non doctiſſimorum Medicorum tam Chymicorum quam Galenicorum auctoritate exornatus. Cui acceſſit Marci Cornacchini Methodus hactenus incognito modo, cito, & chymice curandi affectiones corporis, ab Humoribus copia vel qualitate peccantibus genitas. Francof. apud Theobaldum Schônwetterum, 1618, in 8.

Philoſophia Reformata, continens libros binos. Primus liber in ſeptem partes diviſus eſt. Pars I, agit de generatione metallorum in viſceribus terræ. II, tractat principia artis Philoſophicæ. III, docet de ſcientia Divina abbreviata. IV, enarrat duodecim gradus ſapientum Philoſophorum. V, declarat Ambigua in hac divina ſcientia. VI, dicit de Recapitulatione artis divinæ Theorica. VII, ait de Artis Divinæ Recapitulatione Practica. Secundus liber continet authoritates Philoſophorum. Francof. apud Lucam Iennis, 1622, in 4. Ibidem, 1638, in 4.

IOANNES DANTZIVS, *Aſtenſis*

Tabulæ Simplicium Medicamentorum, quæ apud Dioſcoridem, Galenum, & Plinium ſunt, omnium, exceptis iis quæ ab animalibus ſumuntur, facultates tam generales quam particulares, continentes, & eam quæ eſt ad principia ſequelam, & omnia ad elementorum rationes conſequantur, nec quicquam in iis reperiatur pugnans, mira induſtria evidentiſſime ob oculos ſpectanda, exponentes. Quas aliæ conſequuntur tabulæ, eo judicio, doctrina, & compendio compoſitæ diſpoſitæque, ut, ſimplicium viribus ex prioribus tabulis cognitis, primo aſpectu Medicis ad pleroſque morbos remediorum præſidia invenire promptiſſimum & facilimum ſit. De Simplicium medicamentorum facultatibus in genere, deque iis tum ratione, tum experientia inveſtigandis, Dialogi quatuor. Baſileæ, apud Henricum Petri, 1543, in fol.

Vniverſales Ioannis Meſuæ Canones, cum Iac. Sylvii Annotationibus in eoſdem, una cum quamplurimis ex Galeni libris de Simplicium medicamentorum facultatibus. Acceſſerunt his Meſuæ præcipui loci communes

munes per Tabulas in ordinem compendiumque diſpoſiti, ut ſine negotio Medicus ob oculos poſitos totam artem Medicam percurrere poſſit, Georgio Pictorio auctore. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1545, in fol.

IOANNES DAVSTEN, *Anglus*

Viſio, ſeu de Lapide Philoſophorum liber. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ à Ioan. Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

Roſarium, ſecretiſſimum Philoſophorum arcanum comprehendens. Extat cum tractatibus aliquot Chemicis editis Geiſmariæ, 1647, in 8.

IOANNES DAVID RVLANDVS, *Ratisbonenſis*

Pharmacopœa vera, in qua repoſita ſunt ſtercora & urinæ τὰ ὑγιεινὰ, pro omnibus totius corporis morbis internis & externis perfacile ac optime curandis. Iam primum edita pro pauperibus, militantibus, & omnibus quibus in militia, itineribus, venationibus, rure, ſolitudine, vel alibi alia medicamenta non ſuppetunt. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1644, in 12.

IOANNES DEE, *Londinenſis*

Monas hieroglyphica. Antverpiæ, apud Guiliel. Silvium, 1584, in 4. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

IOANNES DEETZIVS, *Torgenſis*

De Arthritide Diſputatio. Extat Decade V Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1621, in 4.

IOANNES DEVCERVS

Tractatus de Thermis Ferinis Enzianis Ducatus Wirtembergici vulgo Wildbad. Argentorati, apud Caſp. Diezelium, 1638, in 12.

IOANNES DIGOPIVS

Alchymia ſive auri multiplicatio. Pariſiis, apud Dionyſium à Prato, 1573, in 8.

IOANNES DINCKELIVS

Oratio habita in Schola Gothana, de Clariſſimo & opt. Viro D. D. Iuſtino Pezolto Medico, urbiſque Patriæ Phyſico doctiſſimo. Erphordiæ, apud Ezaiam Mechterum, 1583, in 8.

IOANNES DIVRIVS, *Bellovacus*

Scrinium Medicinæ, ſive Aphoriſmi, & Collectiones medicinales. Pariſiis, apud Neobarium, 1536, in 8. Argentorati, apud Knoblochium, 1542, in 8.

IOANNES DOMINICVS MAGLIOCCA, *Parthenopolit.*

Diſputationum Medicarum Phyſiologicarum, Ætiologicarum, Semeioticarum, Therapeuticarum pars prima. Neapoli, 1631, in fol.

Earundem diſputationum tomi primi pars ſecunda. Ibidem, 1631, in fol.

Earundem diſp. tomi primi pars tertia. Ibid. eodem anno & forma.

IOANNES DOMINICVS SALA, *Patavinus*

De Natura Medicinæ libellus, in quo Prolegomena explicantur. Patavii, apud Societatem Patavinam, 1628, in 4.

Ars Medica, in qua Methodus & præcepta omnia Medicinæ curatricis

tricis & conſervatricis explicantur. Patavii, 1614, in 4. Venet. apud Euangeliſtam Deuchinum, 1620, in 4. Ex ſecunda Editione, aucta, correcta, addito rerum memorabilium indice. Patavii, apud Bolzetta, 1641, in 4.

De Alimentis, & eorum recta adminiſtratione, liber. In quo primo ex recenſu omnium differentiarum Alimentorum, tum optima eliguntur, tum idonea pro quacunque conſtitutione; deinde recta adminiſtrationis præcepta traduntur. Patavii, apud Ioannem Bapt. Martinum, 1628, in 4.

IOANNES DONATELLVS, *Caſtilionenſis*

De Febre maligna diſputatio cum Theodoro Angelutio, &c. de ejuſdem malignæ febris natura & curatione differente. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1593, in 4.

IOANNES DONATVS SANCTORIVS, *Laurinas*

Liber de Semine, nec non de ejus virtute informativa. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1554, in 4. Epiſtolæ Medicinales. Neapoli, 1627, in 4.

IOANNES de DONDIS, *Patavinus*

De Fontibus calidis Agri Patavini liber. Extat pag. 94 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES DRAGOIÆVVS

Theriaca atque mithridatium duo antiquiſſima nobiliſſimaque Græcorum antidota, contra tertium quendam recens nunc atque ex improviſo de cœlo delapſum Catonem ſtudioſe propugnata ac defenſa. Francofurti, 1552, in 8.

IOANNES DRYANDER, *Germanus, Medicus Doctor, & Mathematicus Gymnaſii Marpurgenſis Cattorum doctiſſimus. Inclaruit A. C.* 1536. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Anatomicæ, hoc eſt, corporis humani diſſectionis pars prior: in qua ſingula quæ ad caput ſpectant, membra & partes recenſentur, cum figuris & iconibus. Item Anatomia Porci, ex traditione Cophonis. Et Anatomia Infantis ex Gabriele de Zerbis. Marpurgi, apud Eucharium Cervicornum, 1573, in fol.

De Balneis Eniſenſibus, liber. Marpurgi, apud Cervicornum, 1535, in 8. & Operis Veneti de Balneis pag. 290.

Ioa. Vochs: Opuſculum, de Peſtilentia anno M D VII repurgatum edi procuravit.

IOANNES DVGO PHILONIVS

De regimine ſanitatis libellus. Extat cum reliquis ejuſdem ſcriptis, Baſileæ, apud Oporinum, 1553, in 8.

IOANNES DVMBELEIVS, *de Anglis*

Hortus Amoris, in quo docetur creatio veriſſimæ arboris Philoſophicæ. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ, ſtudio Ioannis Rhenani collectæ. Francofurti, apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8. Ejuſdem Practica vera Alchymiæ; & Via univerſalis, ibidem extant.

IOANNES DVRANTIVS CASSELIVS

In Duretum & Martinum Medicos Pariſienſes Apologeticus Primus.

mus. Ad Ioſephum Scaligerum Iul. Cæſ. F. Magiſtophorus primus Ioh. Martini, Philippo Conſtantio Autore. Pariſiis, 1579, in 8.

IOANNES DVVALLIVS, *Ponteſianus*

Ariſtocratia humani corporis. Pariſiis, apud Franciſc. Iaquin, 1615, in 8.

IOANNES EBERHARDVS, *Gryphiswaldenſis*

De Angina Diſputatio. Extat Decade v Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iacob. Genathius, 1621, in 4.

IOANNES ECHTIVS

De Scorbuto, vel Scorbutica paſſione, Epitome. Extat cum Dan. Sennerti de Scorbuto tractatu. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 8.

IOANNES ELYSIVS, *Neapolitanus*

Breve Compendium de Balneis totius Campaniæ; item Ænariæ inſulæ, ejuſdemque mirabili incendio. Extat pag. 209 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES ERNESTI

De Oleis variis arte Chymica deſtillatis tractatus. Extat cum Praxi Chymiatrica Ioannis Hartmanni. Francofurti, apud Caſparum Rotelium, 1634, in 8.

IOANNES ERNESTVS BVRGGRAVIVS, *Neuſtad-Electoralis*

Biolychnium, ſeu lucerna cum vita ejus, cui accenſa eſt Myſtice vivens jugiter; cum morte ejuſdem expirans; omneſque affectus graviores prodens. Huic acceſſit Cura morborum magnetica ex Theophraſti Paracelſi Mumia: itemque omnium venenorum Alexipharmacum. Francof. apud Wilh. Fitzerum, 1629, in 8.

Achilles πάνοπλος redivivus, ſeu Panoplia Phyſico-Vulcania, in prælio φιλόπλος in hoſtem educitur ſacer & inviolabilis. Cui præmiſſa eſt Marcelli Vranckheim ἐπιχείροις πυχαστικὴ ad Achillem παντοπεριπλόμαχον Amſterodami, apud Henr. Laurentium, 1612, in 8.

Lampas vitæ & mortis omniumque graviorum in homine παθῶν index. Cui annexa eſt Cura morborum Magnetica ex Theoph. Paracelſi Mumia: itemque omnium venenorum Alexipharmacum. Lugd. Batav. apud Henr. ab Haeſtens, 1610, in 8.

Introductio in Vitalem Philoſophiam, cui cohæret omnium morborum aſtralium & materialium, ſeu morborum omnium elementatorum & hæreditariorum ex libro naturæ, codice Philoſophiæ, & medicæ veritatis, additis veterum placitis, Hippocratis, Galeni, Celſi, aliorum explicatio atque curatio. In ſpeciali morborum explicatione agitur de curationum myſteriis, indicationum compendiis, remediorum arcanis, & primum Galeni ac aliorum veterum medicamenta proferuntur: deinde Paracelſi, Thumheiſeri, Quercetani, aliorumque Neotericorum Philoſophorum experientia demonſtratur, medicamenta omnium morborum, ex anatomia & arte ſignata, tam ſimplicia, quam compoſita oſtendendo. Francof. apud Ioh. Ammonium, 1543, in 4.

De Acidulis Schwalbacenſibus Epiſtola, extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, pag. 70.

IOAN-

IOANNES ERNESTVS SCHEFFLER

Perutilis luculenta methodus, qua omnes in univerſum Hipp. Aphoriſmi in gratiam tyronum ſtudioſorum in certam ſeriem ſecundum diverſas artis medicæ materias, varias Medici actiones, ac omnes totius corporis humani affectus accurate digeſti ac diſpoſiti ſunt. Lugd. Batav. apud Ioan. Maire, 1633, in 32.

IOANNES EVSEBIVS NIEREMBERGIVS, *Madritenſis*

Hiſtoria Naturæ, maximæ peregrinæ, Libris XVI. diſtincta. In quibus rariſſima Naturæ arcana, etiam aſtronomica, & ignota Indiarum animalia, quadrupedes, aves, piſces, reptilia, inſecta, zoophyta, plantæ, metalla, lapides, & alia mineralia, fluviorumque & elementorum conditiones, etiam cum proprietatibus medicinalibus, deſcribuntur; novæ & curioſiſſimæ quæſtiones diſputantur, ac plura Sacræ Scripturæ loca erudite enodantur. Accedunt de miris & miraculoſis Naturis in Europa, Libri duo: ite n de iiſdem in Terra Hebræis promiſſa, Liber unus. Antverpiæ, apud Balthaſarum Moretum, 1635, in fol.

IOANNES EWICIVS, *Bremenſis*

De officio fidelis & prudentis Magiſtratus tempore peſtilentiæ Rempubl. à contagio præſervandi liberandique, libri duo. Neapoli Nemetum, apud Matthiam Harniſch, 1582, in 8.

Hippocratis de Natura humana, libellus genuinus & elegans; novo Gymnaſio Bremenſi propoſitus. Cum brevi εἰσαγωγῇ ejuſdem, & Hippocratis vitæ ἐπιτομῇ. Bremæ, apud Theod. Gluickſtein, 1584, in 4.

IOANNES FABER

Oratio funebris de nobili & experientiſſ. V. Dn. Andrea Planero, habita Tubingæ; ibidemque apud Cellium, 1607, in 4, edita.

De Calculis in corporis humani partibus inventis, Epiſtola, extat cum Greg. Horſtii Obſervat. Medicinal. ſingular. lib. IV poſterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNES FABER, *Bambergenſis*

De Nardo & Epithymo adverſus Ioſephum Scaligerum Diſputatio. Qua plantarum iſtarum vera deſcriptio continetur. Dioſcoridis, Propertii, & Ovidii loca declarantur, & à corruptela defenduntur: Medicorum denique & Pharmacopœorum honos à Scaligeri calumniis vindicatur. Romæ, apud Barthol. Facciottum, 1606, in 4. apud Guilielmum Facciottum, 1607, in 4.

In Nardi Antonii Recchii rerum Medicarum novæ Hiſpaniæ volumen, Annotationes. Extant cum Ioannis Terentii Lyncei Theſauro, in fol. pag. 465.

IOANNES FABRICIVS, *Montanus*

Differentiæ animalium quadrupedum, ſecundum locos communes. Opus ad animalium cognitionem apprime conducibile. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1555, in 8. huic accedunt Similitudinum ab omni animalium genere deſumptarum libri ſex, ex optimis quibuſque Authoribus ſacris & profanis, Græcis & Latinis, per Othonem Werdmullerum collecti, & pulcherrima methodo digeſti.

Epiſtola Medica extat cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Norimbergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNES FALCO, *Hiſpanus Medicus, ſuo tempore excellens, in Monte Peſſulano. Vixit A. C. 1504. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Additiones ad Practicam Antonii Guainerii. Papiæ, apud Bernardinum de Geraldis, 1518, in 4. cum aliis Guainerii operibus.

IOANNES FERNELIUS, *Ambianus, Pariſienſium Medicorum Coryphæus. Floruit circa A. C. 1548. Renatus Moreau de V. S. in Pleuritis. Scribere cœpit A. C. 1526. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Vniverſa Medicina. Quæ continet Phyſiologiæ lib. VII. Pathologiæ lib. VII. Therapeuticæ univerſalis, ſeu Medendi rationis lib. VII. atque in ſeptimum horum Guil. Plantii Cenomanni doctiſſima Scholia. Febrium curandarum methodum generalem. De luis venereæ curatione perfectiſſima, librum. Conſilium Epileptico præſcriptum. De Abditis rerum cauſis lib. II. Conſiliorum lib. Cui acceſſerunt Reſponſa quædam clarorum Medicorum Pariſienſium. Lutetiæ, 1567, in fol. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, Marnium & Aubrium, 1592, in fol. apud eoſdem, 1607, in 8, 2 voll. Hanoviæ, apud Ioan. & Andr. Marnium, 1610, in fol. Pariſiis, apud Ioan. Veyrat & Thom. Soubron, 1602, in fol. Lugduni Batav. apud Franc. Hackium, 1645, in 8. duobus voll. Nova hac editione, quæ obſcura erant, illuſtrata: quæ deficiebant, ſuppleta ſunt. Cum Notis, Obſervationibus & Remediis ſecretis Iohannis & Otthonis Heurnii Vltrajectini, Aliorumque præſtantiſſimorum Medicorum, & cum indice locupletiſſimo, apud Gisb. à Zyll & Theod. ab Ackerſdyck, 1656, in 4.

Series eorum quæ continentur in hac editione:

Typographus hujus Editionis, Emptori.
Vita Fernelii, auctore G. Plantio.
Elogia Fernelii.
G. Plantii præfatio ad Lectorem.
Index Capitum.
Ioan. Fernelii ad Henricum II. Regem Gall. epiſtola: & in Medicinam ſuam præfatio.
Ejuſdem Phyſiologiæ libri VII.
Ejuſdem Pathologiæ libri III.
Ioannis Magiri appendix de ſignis prognoſticis.
Ioan. Fernelii Therapeutices univerſalis, ſeu medendi rationis, libri VII.
Ejuſdem Pathologiæ liber IV.
Ejuſdem febrium curandarum methodus generalis.
Ejuſdem Pathologiæ libri V, VI.
De Luis Venereæ curatione perfectiſſima liber.
Ejuſdem Pathologiæ liber VII.
Ejuſdem de Abditarum rerum cauſis libri II.
Ejuſdem Conſiliorum medicinalium liber.
Index locupletiſſimus.

Seorſim edita ſunt:

De Vacuandi ratione liber. Pariſiis, apud Chriſtianum Wechelum, 1545. in 8. Lugduni, apud Ioan. Tornæſium, 1548, in 8. Venetiis, 1549, in 8. Francof. apud Ioa. Saurium, 1612, in 12. Cum Schola Salernitana.

Emiſſi ſanguinis Obſervatio. Extat cum Schola Salernitana. Francofurti, 1651, in 12.

Febrium curandarum Methodus generalis. Francofurti, 1577, in 8.

Experimenta Medicamentorum facile parabilium liber. Francofurti, 1570, in 8.

De

De Luis Venereæ, ſive morbi Gallici curatione perfectiſſima liber. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1579, in 8. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1580, in 8. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 524.

Conſiliorum medicinalium liber. Ex ejus adverſariis Quadringentarum Conſultationum ſelectus. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1585, in 8. Pariſiis, apud Ægidium Beyſium, 1585, in 8. Cui acceſſerunt, Reſponſa quædam clarorum Medicorum Pariſienſium. Francof. 1593, in 8. Hanoviæ, 1607, in 4.

De Abditis rerum cauſis libri duo. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 8.

Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, An ſit ſeptimeſtris an novem menſium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Choüet, 1630, in fol.

Therapeutices Vniverſalis lib. VII. Lugd. 1569, in 8.

IOANNES FERRANDVS, *Pictavienſis*

De Nephriſis & Lithiaſis, ſeu de renum & veſicæ calculi definitione, cauſis, ſignis, prædictione, præcautione, & curatione. Ex Hippocrate, Dioſcoride, Galeno, Avicenna, Aëtio, & Paulo Ægyneta, aliiſque celeberrimis Medicis collectis. Pariſiis, apud Mich. Somnium, 1570, in 8. Ibidem, 1601, in 12.

De Febribus libellus, ex variis auctoribus collectus. Pariſiis, apud eundem, 1602, in 12.

IOANNES FICHARDVS, *Francofordianus*

Galeni, de libris propriis, Latine reddidit. Item ejuſdem, de Ordine librorum ſuorum ad Eugenianum.

Item, Quo modo morbum ſimulantes ſint deprehendendi.

De parvæ pilæ luſu Ioanne Fichardo interprete. Lugduni, 1555, in 12.

IOANNES FIENVS, *Antverpianus*

De Flatibus humanum corpus moleſtantibus, commentarius novus, ac ſingularis. In quo Flatuum natura, cauſæ & ſymptomata deſcribuntur, eorumque remedia facili & expedita methodo indicantur. Antverpiæ, apud Henr. Henricium, 1582, in 8. Francof. apud Sanctandream, 1592, in 8. cum notis Levini Fiſcheri emendatior. Hamburgi, apud Henr. Wernerum, 1644, in 12. Amſtelodami, 1643, in 12.

IOANNES FILESACVS

Medicinæ defenſio adverſus Plinium Majorem. Excerpta ex libro primo Selectorum. Lutetiæ Pariſiorum, apud Sebaſt. Cramoiſy, 1618, in 8. cum aliis ejuſdem.

IOANNES FINCELIVS

Tractatus de Peſte. Wittebergæ, 1598, in 8.

IOANNES FISCHARTVS

Onomaſtica Duo. Primum Philoſophico-Medicum. Alterum Theophraſticum. Argentorati, 1574, in 8.

IOANNES FOENISECA

Phyſica Medicinæ ſubalterna. Extat cum ejuſdem reliquis ſcriptis. Auguſtæ Vind. 1515, in 4.

IOANNES FOLLINVS, *Sylvaducenſis*

Synopſis tuendæ & conſervandæ bonæ valetudinis. Sylvæducum, 1646, & 1648. in 12. Coloniæ, 1646, in 12.

Tyrocinium Medicinæ Practicæ, ex probatiſſimis Autoribus digeſtum, & tam ſimplicibus, quam compoſitis adornatum medicamentis, tam pro conſervanda valetudine, quam curandis morbis. Coloniæ Agrippinæ, apud Viduam Hatsgeri Weringii, 1648, in 12.

Speculum Naturæ Humanæ, ſive Mores & Temperamenta hominum, uſque ad intimos animorum receſſus, cognoſcendi modus. Ex Belgico in Latinum idioma tranſlatum. Coloniæ Agrippinæ, apud Iodocum Kalcovium, 1649, in 12.

IOANNES FONTANVS

Fons ſcientiæ cupidorum. Lugd. apud Ioa. Tornæſium, 1547, in 16.

Phyſiognomia Ariſtotelis ordine compoſitorio edita, ad facilitatem doctrinæ. Commentariis illuſtrata breviſſimis, & propter methodum præſpicuam, facilimis. In gratiam eorum præſertim qui mores hominum præſpicere ſtudent. Pariſiis, apud Ioannem Paquet, 1611, in 8.

IOANNES FORGET, *Lotharingus*

Artis ſignatæ deſignata fallacia. Nanceji, apud Antonium Charlot, 1633, in 8. Tractat autem de Signaturis plantarum.

IOANNES FRAGOSVS, *Toletanus*

De Chirurgia, liber.. De Evacuationibus, liber. Et Antidotarium. Matriti, apud Gomeſium, 1581, in fol.

Aromatum, fructuum, & ſimplicium aliquot medicamentorum ex India utraque, & Orientali, & Occidentali, in Europam delatorum, quorum jam eſt uſus plurimus, hiſtoria brevis, utilis, & jucunda. Ex Hiſpanico in Latinum converſa opera Iſraëlis Spachii Argentinenſis. Argentinæ, apud Iod. Martinum, 1601, in 8.

De Succedaneis medicamentis liber. Ejuſdem Animadverſiones in quamplurima medicamenta compoſita, quorum eſt uſus in Hiſpanicis Officinis. Mantuæ, apud Petrum Coſin, 1575, in 8. Matriti, apud Gomeſium, 1583, in 4.

De Medicamentorum compoſitione. Matriti, 1575, in 4.

IOANNES FRANCISCVS ARMA, *Clavaſſienſis*

Examen trium ſpecierum Hydropum, in dialogos deductum. Taurini, apud Martinum Cravotum, 1566, in 8.

De Pleuritide liber. Taurini, apud Martinum Cravotum, 1549, in 8.

De Veſicæ & Renum affectibus liber. Bugellæ, 1550, in 8.

IOANNES FRANCISCVS ARQVATVS

Medicus reformatus ob varias in Medicina κακοζηλίας, ſeu abuſus; quem è tenebris veluti in gurguſtio habitantem eripuit, ac in lucem apertam eduxit, & à ſumma rerum ignoratione liberavit. Venetiis, apud Petrum Cieram, 1608, 1618, in 4.

Medici reformati pars altera. Ibid. apud eundem, 1621, in 4.

IOANNES FRANCISCVS BOCHALINVS, *Aſulanus*

Apologia adverſus aliquot Donati Mutii in Hippocratem & Galenum Convitia. Ac ejuſdem de ſecanda vena in prægnantibus, Epiſtola. Brixiæ, apud Ludov. Britannicum, 1549, in 4.

De

De cauſis Peſtilentiæ Venetæ anni 1556. Venetiis, 1556, in 8.

IOANNES FRANCISCVS BRANCALEON, *Neapolitanus, Medicus clarus Romæ, ſub Paulo* III, *Papa. Vixit circa A.C.* 1535. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Dialogus de Balneorum utilitate cum ad ſanitatem tuendam, tum ad morbos curandos, ex Hippocrate, Galeno, cæteriſque Medicis excerptus. Pariſiis, apud Wechelum, 1536, in 8. & pag. 240 Operis Veneti de Balneis. Noribergæ, eodem anno, in 8.

IOANNES FRANCISCVS DVRATIVS

Galeni de Locis affectis libri ſex: cum eruditiſſimis commentariis. In quibus totus fere medicinæ theſaurus reconditus eſt. Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1557, in 8.

IOANNES FRANCISCVS de FRANCISCO

De Venæ ſectione contra Empiricos. Neapoli, apud Camillum Caballum, 1655, in 12.

IOANNES FRANCISCVS LOMBARDVS, *Neapolitanus*

De Puteolanis aquis liber; continens Synopſin auctorum omnium, qui hactenus de Balneis, aliiſque miraculis Puteolanis ſcripſere, una cum Scholiis ſuper locis obſcurioribus. Neapoli, 1547, in 4.

De balneis Puteol. & Ænariarum. Venetiis, 1566, in 4.

IOANNES FRANCISCVS PICVS, *Mirandulæ Dominus*

Libri tres de Auro. Opus ſane novum ac aureum, in quo de auro tum æſtimando, tum conficiendo, tum utendo ingenioſe ac docte diſſeritur. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Somaſchum, 1586, in 4. Ferrariæ, 1587, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. Vrſellis, apud Corn. Sutorium, 1598, in 8. Acceſſit Bernhardi Comitis antiqui Trevirenſis περὶ χημείας opus hiſtoricum, & dogmaticum, ex Gallico in Latinum ſimpliciter verſum, & nunc primum editum.

De Phantaſia liber, in quo quæ imaginationis facultas, & natura quoque ei erroris cauſa ſit, quibuſque Remediorum præſidiis ei occurri poſſit. Baſileæ, 1536, 1566, in 8.

IOANNES FRANCISCVS ROSSELLVS, *Catalanus*

Ad ſex libros Galeni de differentiis, & cauſis morborum, & ſymptomatum Commentarii. Volumen primum. Huic ſubjunctæ ſunt ejuſdem Epiſtolæ, altera ad Andream Laurentium in Monſpelienſium Academia: altera ad Ioannem de Caravajal in Lyceo Hiſpalenſi publicos Medicinæ Profeſſores. Barcinonæ, apud Sebaſt. & Iacobum Mathevatos, 1627, in fol.

IOANNES FRANCISCVS ROTA, *Bononienſis*

De Introducendis Græcorum medicaminibus liber. Commentarius ſane in Galeni librum de compoſitione medicamentorum per genera. Bononiæ, apud Anſelmum Giaccarellum, 1553, in fol.

De tormentariorum vulnerum natura ac curatione liber. Francof. apud Georg. Corvinum, 1575, in 4. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum Alphonſi Ferrii, & Botalli ejuſdem argumenti libris.

IOANNES FRANCISCVS VLMVS, *Brixianus*

De occultis in re medica proprietatibus, libri IV. Brixiæ, 1598, in 4.

De certa ratione judicandi ex urinis, libri quatuor. Venetiis, apud Hieron. Polum, 1578, in 8.

IOANNES FRANCVS

De Arte Chymica ejuſque cultoribus epiſtolæ IV. Budiſſinæ, 1610, in 4.

IOANNES FREINSHEMIVS

Diſſertatiuncula de Calidæ potu. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1636, in 8.

IOANNES FREITAGIVS

Diſputatio Medica, Calidi innati eſſentiam juxta veteris Medicinæ & Philoſophiæ decreta explicans, oppoſita Neotericorum & novatorum paradoxis. Reſpondente Conrado Walthero Hamburgenſi. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Diſputatio Medico-Philoſophica de Formarum origine, adverſus venerandæ antiquitati repugnantem Neotericorum doctrinam exhibita. Reſpondente Henrico Welman, Groningano. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1633, in 8.

Diſputatio Medica de Morbis Subſtantiæ, & cognatis quæſtionibus contra hujus temporis novatores & paradoxologos. Reſpondente Iacobo Martini, Dantiſcano. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Aurora Medicorum Galeno-Chymicorum: ſeu de recta purgandi methodo è priſcæ Sapientiæ decretis poſtliminio in lucem reducta, & medicamentis purgantibus ſimplicibus, compoſitiſque tam veterum, quam Neotericorum & Chymiatrorum lib. IV, ſelectis obſervationibus & ad omnes pene morbos remediis, ad inſtar Diſpenſatorii Vniverſalis, propria experientia comprobatis, & ſecretioribus multifariam referti. Francof. apud Ioa. Theobaldum Schönwetterum, 1630, in 4.

Noctes Medicæ, ſive de Abuſu Medicinæ tractatus, quo univerſum medicaſtrorum examen, Empiricorum modernorum uberrima annona, uromantes ſeu lotiophyſici, agyrtæ, ophthalmici, dentifranguli chirurgi, genethliaci, ſeplaſiarioinſtitores, myropolæ, pſeudochymici, umbratici doctores Paracelſiſtarum ſectæ, magomedicaſtri, ſagæ & ſuperſtitioſam vulgo curam exercentes perſtringuntur, de magia vetita & magorum ſuppliciis agitur, artis Paracelſicæ fundamenta luculenter traduntur, examinantur, & evertuntur, ſcitu neceſſariæ & jucundæ omnibus omnium facultatum ſtudioſis quæſtiones moventur. Acceſſit diſſertatio perſpicua de ſanitate & morbo novis veterum opinionum floſculis reſperſa. Francof. apud Ioan. Bringerum, 1616, in 4.

De Opii natura, & medicamentis opiatis ad omnes totius corporis affectus probatiſſimis, & recta, rationali, hactenuſque inexplicata iis utendi methodo, Liber ſingularis. Cui de nova Phthiſin curandi ratione conſilium, & diverſæ conſultationes medicinales ſub finem acceſſere. Groningæ, apud Ioan. Sas, 1632, in 8. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1635, in 8.

Oratio Panegyrica de Perſona & Officio Pharmacopœi, & Pharmacopolio rite recteque inſtruendo. Groningæ, apud Ioan. Sas, 1633, in 4.

De Lithotomia, ſeu Calculi veſicæ ſectione Conſultatio. Extat cum Ioan.

Ioan. Beverovicii lib. de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Detectio & ſolida refutatio novæ ſectæ Sennerto-Paracelſicæ recens in Philoſophiam & Medicinam introductæ, qua antiquæ veritatis oracula, & Ariſtotelicæ ac Galenicæ doctrinæ fundamenta convellere & ſtirpitus eruderare moliuntur novatores. Amſtelredami, apud Ioan. Ianſſonium, 1636. apud Guil. Blaeu, 1637, in 8.

IOANNES FRIDERICUS FLORUS, *Argentinenſis*

Conſultatio Medica de curando melancholico. Extat Orationum Argentinenſium tomo 1, pag. 512. edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

IOANNES FRIDERICUS SCHROTERUS

De omnibus in univerſum totius corporis humani humoribus liber. Patavii, apud Laurentium Paſquatum, 1582, in 4.

Commentaria in librum Hippocratis περὶ φύσιος ἀνθρώπου; quibus adjectæ ſunt digreſſiones duæ ejuſdem Authoris, de propagatione & Auctoribus Philoſophiæ. Nec non de præcipuis illuſtrium philoſophorum ante Ariſtotelem circa principia generationis, opinionibus. Ienæ, apud Tobiam Steinman, 1585, in 8.

IOANNES FRIDERICUS WERDENBERGIUS

Tractatus de Febribus, decerptus ex Victoris Trincavellii prælectionibus, ac commentariis ſupra Galenum de differentiis febrium, & librum primum Artis curativæ ad Glauconem. Extat cum Andr. Chriſtiani Ripenſis Enchiridio medico. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1607, in 8.

De terebratione Suturarum Epiſtola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. 11. Genevæ, apud Petrum Choüet, 1611, in 8. pag. 33. Francof. 1646, in fol.

De ſignis veneni intra corpus ſumpti, & fraudibus Empiricorum circa aſſumpta venena, Epiſtola. Extat ejuſdem Obſerv. Cent. v. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 127.

IOANNES FUCHSIUS, *Buthon*

Compendium Abuſuum autoritate Galeni & Hippocratis damnatorum, cum pro novitiis Medicis, tum pro illis, qui Medicina & ſanguinis detractione utuntur. Monachii, apud Corn. Leyſſerium, 1629, in 8.

IOANNES de GADESDEN, *dictus etiam* IOANNES ANGLICUS. *In medicinis multum Empiricus. Philoſophus non vulgaris. Vixit circa A.C.* 1537. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Roſa Anglica dicta, quatuor libris diſtincta: de Morbis particularibus: de Febribus, de Chirurgia, de Pharmacopœa, emendatior & in meliorem redacta ordinem, recens edita opera ac ſtudio Clar. Viri Doct. Philippi Schopffii, Medici Phyſici Durlacenſis, in Medicinæ ſtudioſorum gratiam. Additæ ſunt ad calcem libri quædam Annotatiunculæ. Auguſtæ Vindel. apud Michaëlem Mangerum, 1595, in 4. Papiæ, apud Moyſium de Caſtello Comenſis, 1492, in fol. emendante Nicolao Sylvatico Siculo, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1516, in fol.

IOANNES GALLEGO de la SERNA, *Malachenſis*

Opera Phyſica, Medica, Ethica, quinque tractatibus comprehenſa: quorum

quorum I, agit de Principiis generationis omnium viventium. II, De conſervatione infantis in utero, de bono & malo pariendi modo, & de ſummo naturæ artificio quod ſervat in partu, nec non de obſtetricis officio. III, De Puerorum alendi ratione, & ſanitate tuenda, qui & de Calculi, & Epilepſiæ præcautione, & curatione. IV, De communi puerorum educandorum ratione, inſcriptus Ethica puerorum. V, De Optimi Regis educandi ratione. Lugduni, apud Iacobum & Petrum Proſt FFR. 1634, in fol.

Recte ac dogmatice medendi vera methodus. Opus novum, multorumque inſignium experimentorum & præceptorum certiſſimorum rationibus illuſtratum. Pariſiis, apud Antonium Bertier, 1639, in fol.

De Naturali Animarum origine invectiva adverſus Danielem Sennertum. Bruxellæ, apud Franciſcum Vivienum, 1640, in 4.

IOANNES GANIVETUS

Amicus Medicorum, continens differentias, I, De numero cœleſtium orbium, &c. II, De diſtinctione Zodiaci, &c. III, De inquiſitione Epidemiorum & mortis. IV, De modis conſervandi ſanitatem, & obviandi ægritudinibus. Cui acceſſerunt; Opuſculum, Cœli enarrant. Liber Abrahami Aben Ezræ de Diebus criticis. Directorium de Figura cœli in Amicum Medicorum. Et Aſtronomia Hippocratis. Omnia primum à Gondiſalvo Toledo emiſſa, &c. Francof. apud Iacobum Fiſcherum, 1614, in 12. Lugduni, apud Ioan. Trechſel, 1496, in 4. apud Ioan. Clein, 1508, in 4.

IOANNES GARLANDIUS, *Anglus*

Compendium Alchymiæ, cum Dictionario ejuſdem artis, & de Metallorum tinctura, præparationeque eorundem, Libello. Adjecta eſt ejuſdem Compendii per Arnoldum de Villanova explicatio. Cum tractatu de Salium Aluminumque varietate, compoſitione & uſu, ſcriptoris incerti. Baſileæ, apud Baſilium Io. Herold, 1560, in 8.

IOANNES GEBELIUS

Διαγραφὴ thermalium aquarum apud Hermunduros ſitarum, prope Annæbergum, & Wolkenſteinium, in duos diſtincta libros. Cui acceſſit appendix Thermarum Germaniæ. Lipſiæ, apud Ioan. Steinman, 1576, in 8.

IOANNES GELLIUS

De Internis oculorum affectibus diſputatio. Extat decade VII diſputationum Baſilienſium à Gennatio editarum Baſileæ, 1631, in 4.

IOANNES GEORGIUS AGRICOLA

Cervi excoriati & diſſecti in Medicina uſus. Ambergæ, 1603, in 4.

IOANNES GEORGIUS BRENGGERUS, *Kaufbyrenſis*

Literæ ad Philippum Hechſtetterum, de quibuſdam obſervatis & dubiis in Obſervationibus ab eo editis. Extant cum iiſdem Auguſtæ Vindel. apud Andr. Apergerum, 1624, in 8.

IOANNES GEORGIUS GODELMANNUS

De Magis, Veneficis, & Lamiis, deque his recte cognoſcendis, & puniendis. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1601, in 4.

IOANNES GEORGIUS GROSSIUS

Compendium Medicinæ ex Scriptura Sacra depromtum: nec non ad

ad eandem recte intelligendam, accommodatum: atque adeo nihil à Theologiæ ſtudioſis alieni, aut peregrini tradens. Ipſa quidem Praxi, ut & Theoria penitiori, relicta iis, quorum eſt propria. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1620, in 8.

IOANNES GEORGIVS MACASIVS

IOANNES LUDOVICUS BERTALDUS

Scholia in Diſpenſatorium Ioan. Placotomi. Additis multis remediorum formulis ex Collegio tum Norimbergenſi, tum Auguſtano depromptis, &c. Taurini, apud Ioan. Franc. de Cavalleris, 1614, in 4. duobus voll.

Medicamentorum Apparatus, in quo remediorum omnium compoſitorum non uſualium modo, ſed præcipuorum etiam magiſtralium vires, durationes, doſes, ac formulæ, cum univerſa utendi methodo diſertiſſime enodantur. Taurini, apud FFR. de Cavalleris, 1611, in 4.

Externorum medicamentorum apparatus. In qua remediorum omnium compoſitorum, quæ extrinſecus uſurpantur, non uſualium modo, ſed præcipuorum etiam magiſtralium vires, durationes, doſes, ac formulæ, cum univerſa utendi methodo, diſertiſſime enodantur. Appoſitis ad calcem cujuſque tractatus Collectaneis ex optimis quibuſque authoribus tum veteribus, tum recentibus excerptis. Quibus pleraque alia ejuſdem Autoris opuſcula ſunt adjecta. Taurini, apud Ioan. Franc. de Cavalleris, 1614, in 4.

Tractatus Confectionis de Hyacintho, & Confectionis Alchermes, cum Commentariis Autoris. Acceſſerunt de Electione ſimplicium medicamentorum Rhythmi M. Othonis Cremonenſis, & Ioa. Derrames Cyprii. Additur præterea examen Pharmaceuticum Tyronibus faciendum ex operibus dicti Bertaldi excerptum opera & ſtudio Gaſparis Petrinæ collecta. Taurini, apud FFR. de Cavalleris, 1619, in 4.

IOANNES LUDOVICUS CHARTARIUS, *Bononienſis*

Conciliationes dilucidæ omnium Controverſiarum in II Ariſtot. lib. de Generatione & corruptione. Bononiæ, apud Ioa. Roſſium, 1595, in 8.

IOANNES LUDOVICUS GANSIUS

Corallorum hiſtoria, qua mirabilis eorum ortus, locus natalis, varia genera,

genera, præparationes chymicæ quamplurimæ, vires eximiæ, proponuntur. Francof. apud Lucam Iennifium, 1630, 1638, in 8.

Hippocratis Aphoriſmi Carminice. Viennæ, 1622. Argentorati, 1624, in 12.

IOANNES LVDOVICVS HAWENREVTER

Oratio de Arte Medica, recitata in Academia Argentoratenſi. Francof. apud Nicolaum Baſſæum, 1586, in 8.

Commentarii in Ariſtotelis de anima & parva naturalia dictos libros. Francofurti, 1605, in 8.

Pharetra Sagittifera & Vexillum Raphaëliticum. Tubing, 1631. in 8.

Diſputatio Medico-Phyſica de Elementis. Argentorati, 1591.

Diſputatio Medica de iis quæ in principio artis Medicæ Galeni traduntur, reſpondente Ioanne Sebaſtiano. Argentorati, 1586, in 4.

Diſputatio de Epilepſia. Argentorati, 1586, in 4.

IOANNES LVDOVICVS MOGGLING

De inconſiderato Acidularum uſu diſſertatio Medica, oppoſita illis, qui illum omnibus indifferenter, & quidem etiam frigidum, magna item copia primo diluculo concedere non dubitant. Francof. apud Ioan. Bernerum, 1615, in 8.

IOANNES LVPVS, *Tubelanus*

De Medica materia ad tyrones liber. Hiſpali, apud Ioan. Santandrum, 1589, in fol, Pamplone, 1585, in fol.

IOANNES LYGÆVS

De Humani corporis Harmonia libri quatuor. Annotationibus & Scholiis in Phyſiologiæ ſtudioſorum gratiam illuſtrati. Lutetiæ, apud Mich. Vaſcoſanum, 1556, in 4.

Hippocratis Aphoriſmi, & Guilielmi Plantii interpretatione, & Ioan. Lygæi Annotationibus illuſtrati. Pariſiis, apud Ioan. Faucherium, 1551, in 16 Lugduni, apud Carolum Peſnot, 1582, in 16. Genevæ, apud Iac. Stoer, 1590, in 16.

IOANNES MACOLLONE

Iatria Chymica, exemplo therapeiæ Luis Venereæ illuſtrata. Londini, apud Ioannem Billium, 1622, in 8.

IOANNES MAGIRVS

Phyſiologiæ Peripatet. lib. VI. cum Comment. Francof. 1605, in 8.

Anthropologia, hoc eſt, Commentarius in aureum Philippi Melanchthonis libellum de Anima; completus & locupletatus opera Georgii Cauſungeri. Franc. apud Conrad. Nebenium, 1603, in 8.

Pathologia id eſt morborum & affectuum omnium præternaturalium qui corpus humanum invadere ſolent, enumeratio. Francofurti, 1615, in 8.

IOANNES MAJVS, *Rombildanus*

De Cachexia Diſputatio. Extat Decade V Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1621, in 4.

IOANNES MANARDVS, *Ferrarienſis, Floruit A. C.* 1529. *&* 1531. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus omnium ſua ætate doctiſſimus. Interpres Dioſcoridis. Obiit A. C.* 1538. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Medicinales Epiſtolæ. Recentiorum errata, & antiquorum decreta peni-

penitiſſime reſerantes. Epiſtola Huberti Barlandi ad Medicinæ, apud Lovanienſes ſtudioſam juventutem. Lutetiæ, 1528, in 8. Argentorati, apud Ioan. Schottum, 1529, in 8. Lugduni, apud Gotofr. & Marcell. Beringos, 1549, in 8.

Epiſtolarum Medicinalium libri xx. Ejuſdem in Ioan. Meſuæ Simplicia & compoſita Annotationes & Cenſuræ. Baſileæ, apud Mich. Iſingrinium, 1540, in fol. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1611, in fol. ſpecioſiori titulo: Ἰατρολογία ἐπιστολική, ſive Curia medica viginti libris epiſtolarum ac Conſultationum medicinalium adumbrata, nec non Annotationibus & cenſuris luculentiſſimis in Ioan. Meſuæ ſimplicia & compoſita, adornata, &c.

In primum Artis parvæ Galeni librum Commentarius. Baſileæ, apud Bebelium, 1536, in 4.

De morbo Gallico Epiſtolæ duæ & de ligno Indico totidem. Extat operis Veneti pag. 516, in fol.

IOANNES MANELPHVS, *Eretanus Sabinus*

De Febribus Theoria. Romæ, apud Andr. Phæum, 1625, in 4.

Diſceptatio de Helleboro. Romæ, 1621, in 8.

Reſponſio brevis ad Annotationes Proſperi Martiani Saxolenſis in Commentationem Marſilii Cagnati Veronenſis, ſuper Aphoriſmo, Concocta xxii, lib. 1 Hippocratis. Romæ, apud Barth. Zannettum, 1621, in 8.

Vrbanæ diſputationes in primam Problematum Ariſtotelis ſectionem. Romæ, apud Guliel. Facciottum, 1630, in 8.

Hippocratis Aphoriſmi Nicolao Leoniceno Vincentino interprete. Vna cum Annotationibus quibuſdam, & circa textum præcipue Ioa. Manelphi. Romæ, apud Barthol. Zannettum, 1623, in 16.

Menſa Romana, ſive Vrbana Victus ratio. Romæ, 1650, in 4.

De Fletu & Lachrymis Tractatus. Romæ, 1618, in 8.

De parte affecta Pleuritidis diſſertatio. Ibidem, 1642, in 8.

IOANNES MANLIVS

Libellus medicus variorum experimentorum, quæ numquam in lucem prodierunt. Inſeruimus etiam huic quoſdam ſales jucundos lectu, cum Decem Tabulis, tam Medicis quam Pharmacopœis valde utilibus futuris. Cum præfatione Ioannis Iacobi Pareti, in qua Medicinæ laus & utilitas breviter comprehenditur. Extat cum illius Locorum communium collectaneis. Anno 1579, in 8.

IOANNES MALVS, *Scotus*

De Erroribus Medicorum. Florentiæ, in 8.

IOANNES MARCVS MARCI

Idearum operatricium Idea, ſive Hypotypoſis & detectio illius occultæ Virtutis, quæ ſemina fœcundat, & ex iiſdem corpora organica producit. Pragæ, apud Henningum Groſs, 1635, in 4.

IOANNES MARFINVS, *Apanienſis*

Obſervationes Medicæ. Extant cum Obſervationibus Laz. Riverii. Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 359.

IOANNES MARIA ZONCA

De Viperis pro Trochiſcis eligendis adverſus Fabium Paulinum. Venetiis, 1605, iu 4.

IOANNES MARINELLVS, *Venetus*

Commentaria in Hippocratis Coi Medicorum omnium facile Principis Opera. In quibus morbi omnes, eorumque cauſæ, ſigna, ac curationes, quæ in libris Hippocratis diſperſim ſcribuntur, una copulantur, atque tractantur. Deinde voces, ac loca in Hippocratis libris obſcura, & difficilia ex Galeni ſententia declarantur. Poſtea ſententiæ plurimæ, quæ ab Hipp. dignitate ob tranſlationes perperam factas alienæ videntur, antiquorum autoritate ſunt correctæ. Præterea multa, quæ ſæpe leguntur in ejuſdem libris, quæ à ſeipſis alias diſſentire videntur, ea conciliata ſunt. Nova & argumenta in ſingulos libros per Ioan. Culmannum Geppingenſem ſunt addita. Venetiis, apud Ioan. Valgriſium, 1575, in fol. apud Hier. & Alex. Polum, 1619, in fol. Vicentiæ. apud Franciſcum Lenium, & Orlandum Iadram, 1610, in fol.

Hippocratis Aphoriſmi Nicolao Leoniceno interprete. Ioa. Marinelli in eoſdem Commentarii VII, ex Hippocratis ſententia comprobati. Venetiis, apud Valgriſium, 1583, in 16.

De Febribus ex Hippocrate liber. Extat Operis Veneti de Febribus, pag. 1.

De Peſte, & Peſtilenti contagio liber. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1577, in 4.

Scholia in Ioan. Arculani Practicam, extant cum eaipſa. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1560, in fol.

IOANNES MARLIANVS, *Philoſophus & Medicus inclytus, A.C.* 1430. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Quæſtio de Caliditate corporum humanorum tempore hyemis, & æſtatis, & de Antiperiſtaſi. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1501, in fol.

IOANNES MARQVARD, *Viennenſis*

Practica Theorica Empirica morborum interiorum à capite ad calcem. Spiræ, apud Albinum, 1583, 1589, 1592, in 8. Heidelbergæ, apud Commelinum, 1607, in 8. cum Capivaccii & Lucæ Ghini libellis de Lue venerea. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1610, in 8.

Apologia pro Therapeutica D. Ioannis Marquardi Viennenſis ſanctiſſ. memoriæ: una cum ſmegmate abſtergendis maculis accommodato, quas ſuperioris proximi anni editio huic commentario inuſſit. Spiræ, apud Albinum, 1590, in 8.

IOANNES MARTINVS SENIOR, *Pariſienſis*

Ad Ioſephi Scaligeri ac Franciſci Vertuniani Pſeudo-vincentiorum Epiſtolam, Reſponſio. Pariſiis, apud Ægidium Gorbinum, 1578, in 8.

IOANNES MARTINVS IVNIOR

Prælectiones in librum Hippocratis Coi de Morbis internis, editore Renato Morello. Pariſiis, apud Ioa. Libert, 1637, in 4.

Prælectiones in librum Hippocratis Coi de Aëre, aquis, & locis. Pariſiis, apud Matthæum Guillemot, 1646, in 4.

IOANNES MATTENBVBRIVS

Tractatus exiguus & perquam utilis de Hydrope, ejuſque ſpeciebus omnibus, tum de earundem curatione integra & perfecta. Lemgoviæ, apud Conr. Grothenium, 1583, in 8.

IOANNES MATTHÆI, *Heſſus*

Rationalis & Empirica Thermarum Marchicarum Badenſium deſcriptio. Hanoviæ, apud Halbejum, 1608, in 8.

Conſilia Medica diverſorum Auctorum pro Erneſto Friderico Marchione Badenſe conſcripta. Francof. apud Palthenium, 1608, in 8.

Centuria difficultatum medicarum tam jucundarum quam utilium, ex veterum & recentiorum Medicorum libris erutarum, in quæſtiones redactarum, & more ſcholaſtico breviter diſcuſſarum. Francofurti, apud Palthenium, 1603, in 8. Herbornæ Naſſov. apud Chriſtoph. Corvinum, 1616, in 8.

Diſcurſus medicinalis de febre peſtilentiali, quæ ſuperioribus annis Germaniam pervagata eſt. Francof. 1603, in 8.

Speculum Sanitatis: Rerum non-naturalium, quas vocant, adminiſtrationem pro bona valetudine conſervanda continens. In quo veterati nonnulli errores demonſtrantur, omniaque certis rationibus, hiſtoriis & exemplis confirmantur. Acceſſit Hortulus medicus, ſimplicium medicamentorum qualitates ad certos gradus redactas, breviter & methodice exhibens. Cum annexo Examine, in quo ſimplicium quorundam vires & facultates ſecundum Medicinæ fundamenta traduntur, exploſis abſurditatibus, contradictionibus, & ſuperſtitionibus paſſim in Herbariis occurrentibus. Ibidem, 1620, in 8.

IOANNES MATTHÆUS de GRADIBUS, *Ferrarienſis, aliis* IOANNES MATTHÆUS *ex Ferrariis, de Grado Mediolanenſis. Floruit circa A.C.* 1480. *acutiſſimus Philoſophus, & Medicus, in Schola Papienſi. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit ante A.C.* 1400.

Practicæ pars prima & ſecunda, vel Commentarius textualis, cum ampliationibus & additionibus materierum in nonum Rhazis ad Almanſorem, adjuncto etiam textu. Papiæ, apud Aloyſium Comenſem, & Barthol. de Trottis, 1497, in fol. Lugduni, apud Ioan. Moulin, 1527, in 4. Venetiis, apud Iuntas, 1520, 1560, in fol. hoc titulo.

Practica ſeu Commentaria in Nonum Raſis ad Almanſorem Ioannis Matthæi Gradii Mediolanenſis, in quibus morborum omnium, qui unamquamque humani corporis partem invadunt, natura, ſigna, cauſæ, curationeſque luculentiſſime explicantur. Antonii Gradi Medici de Febribus aureum opuſculum. Iano Matthæo Duraſtante Medico cenſore.

Expoſitiones ſuper vigeſimamſecundam Fen tertiæ Canonis Avicennæ. Mediolani, apud Iacobum de S. Nazario, 1494, in fol. adjectæ ſunt expoſitiones ſuper lib. Avicennæ de urinis.

Conſiliorum ſecundum vias Avicennæ ordinatorum utile repertorium, additis antiquiſſimi Medici Rabbi Moyſis de Regimine vitæ quinque tractatibus; nec non Raymundi Lullii de ſecretis naturæ libris duobus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1514, in fol. Lugduni, 1535, in fol.

IOANNES MATTHÆUS VIRINGUS

Tabula Anatomica oſſium corporis humani. Duaci, 1597, in fol.

IOANNES de MEDICIS

Fabritii Paulini Prælectionem de Catena Aphoriſmorum primæ Sectionis Hippocraticorum edidit.

IOAN-

IOANNES de MEDIOLANO

Schola Salernitana, hoc eſt, de Valetudine tuenda, opus, nova methodo inſtructum, infinitis verſibus auctum, Commentariis Villanovani, Curionis, Crellii, & Conſtanſoni illuſtratum. Adjectæ ſunt Animadverſiones novæ & copioſæ Renati Moreau Pariſienſis. Pariſ. apud Thom. Blaſium, 1625, in 8. Francof. apud Ioan. Saurium, 1612, in 12. Cum Villanovani in ſingula capita exegeſi, & Ioh. Curionis recognitione. Accedentibus aliis aliquot opuſculis. Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16. cum iiſdem. Pariſiis, apud Hier. de Marnef, 1580, in 12. Francof. apud Chr. Egenolphum, 1551, 1568, in 8. Idem opus accurate emendatum ac in unam paginam redactum cum indice; & Victus ac Cultus ratione tetraſtichis 12 expoſita, ſimplicium meliorum ac ſpecierum medicinalium electione, prodiit Romæ, apud Andr. Phæum, 1615, folio patenti. Itidemque ex recenſione Zachariæ Sylvii Medici Roterodamenſis. Cum ejuſdem Præfatione. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1649, in 12. Nova editio & aliquot Medicis opuſculis auctior. Sunt autem

Dioclis Caryſtii aurea ad Antigonum regem Epiſtola de Morborum præſagiis & eorumdem extemporaneis auxiliis, è Græco Latine redditum per Antonium Mizaldum. pag. 428.

De Salubri diæta incerti autoris liber, Hippocrati quondam falſo adſcriptus. pag. 435.

De ratione victus ſalutaris poſt inciſam venam & emiſſum ſanguinem ad Armatum Epigramma Anaſtaſii. pag. 443.

Victus & cultus ratio expoſita quaternis in ſingulos menſes verſibus, per Ioachimum Camerarium. pag. 444.

Loci aliquot Philippi Melanchthonis in lib. de Anima, de moderatione cibi & potus: item ſomni & vigiliarum. pag. 446.

Nonnulla de regimine ſanitatis, juxta ſex res non naturales, placita ex Hippocratis & Galeni libris deſumta, per Io. Katzchium Hallenſem olim edita. pag. 450.

P. Scriverii Saturnalia, continentia uſum & abuſum Tabaci. p. 501.

Ex Caſparis Barlæi Epigrammatis Ænigmaticis. pag. 518.

Ex Hugonis Grotii Epigrammatis quædam. pag. 519.

IOANNES à MEHVNG

Demonſtratio Naturæ: quam errantibus Chymicis facit, dum de ſophiſtæ & ſtolido Spiratore carbonario conqueritur, conſcripta. Extat cum Muſæo Hermetico. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1625, in 4.

IOANNES MELDERVS

Diſputatio de Hypercatharſi. Extat decade VII diſputat. Baſileenſium, 1631, in 4.

IOANNES MERCKERVS

De Acidulis Schwalbacenſibus Epiſtola. Extat cum Reſponſis Medicis quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 68.

IOANNES MERLETVS

Opuſcula Medica duo, quorum unum eſt de Cauteriis: alterum eſt Paradoxum de Tuſſi. Pariſiis, apud Carolum Angot, 1659, in 12.

IOANNES MESVES, *Damaſcenus, Filius Hamach, Filii Abdela, Regis Damaſci. Claruit A. C. 1163. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum. Moreau*

Moreau de Pleurit. Vixit ſub Pontif. Adriano circa A. C. 1158. *Regia ſtirpe ortus.*

Opera. De Medicamentorum purgantium delectu, caſtigatione, & uſu, libri duo. Quorum priorem Canones univerſales, poſteriorem de Simplicibus vocant. Grabadin, hoc eſt Compendii ſecretorum medicamentorum, libri duo. Quorum prior, Antidotarium; poſterior de Appropriatis vulgo inſcribitur. Cum Mundini de Lentiis, Chriſtoph. Georg. de Honeſtis, Ioa. Manardi, & Iac. Sylvii in tres priores libros obſervationibus, quæ vulgo cum his prodire conſueverunt. His acceſſere Plantarum in libro Simplicium deſcriptarum imagines ex vivo expreſſæ. Atque item Ioannis Coſtæi Annotationes, tum quas in editione priori dedimus, tum præterea novæ aliæ in poſtremas novem Antidotarii ſectiones, quæ hactenus deſiderabantur.

Supplementum in ſecundum librum Compendii, ſecretorum Medicinæ Ioannis Meſues Medici celeberrimi. Tum Petri Apponi Patavini, tum Franciſci de Pedemontium Medicorum illuſtrium. Quibus acceſſere & alia conſueta opuſcula, quæ tibi verſa pagina indicabit. Quam diligentiſſime recognitum, & in margine locorum inſignium Annotationibus quamplurimis decoratum: ac Galeni, Hippocratis, & aliorum inſignium Doctorum auctoritatibus appoſitis, in ſtudioſorum emolumentum denuo illuſtratum. Venetiis, apud Iuntas, 1589, 1623, in fol. apud Vincentium Valgriſium, 1575, in fol.

Catalogus eorum quæ in Supplementi volumine continentur:

Petri Apponi Patavini ſupplementum à membris nutritionis uſque ad cor.

Franciſci de Pedemontium ſupplementum fere omnium, quæ Meſue propoſuit.

Nicolai Præpoſiti Antidotarium parvum.

Platearii Expoſitio in eundem.

Ioannis de S. Amando Expoſitio, & dubitationes, earumque ſolutiones.

Gentilis Fulginatis de complexione, proportione, & doſi Medicinarum.

De ſubſtitutis Medicinis ex antiquis Auctoribus, i. quid pro quo.

Expoſitio quorundam nominum rerum ad rem Medicam facientium, id eſt, ſynonyma.

Liber Servitoris de præparatione medicinarum, id eſt, liber XXVIII Albuchaſis.

Inſtructio Aromatariorum, atque Aromatariæ inſtitutio Saladini Aſculani.

De Virtutibus ſimplicium medicinarum, atque Ciborum Albengneſit.

Apulejus de Ponderibus & Menſuris.

De notis, ſeu ſignis, vel characteribus ponderum, & menſurarum incerti Autoris.

Alchindus de inveſtigandis compoſitarum medicinarum gradibus.

Cophonis libellus de Arte medendi.

Summula Iacobi de Partibus per ordinem Alphabeti ſingulorum remediorum ſingulis morbis conferentium.

De Balneis excerpta ex Canonibus univerſalibus, & ejus Expoſitoribus, extant pag. 423 Operis Veneti de Balneis.

De

De morbis internis curandis liber unus. Acceſſit Petri Apponi ad Meſuem ..., cum vocum Arabicarum in toto opere contentarum interpretatione, ab Ioanne Renerio Medico adjecta. Omnia ad diverſorum exemplarium fidem ſumma diligentia emendata. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1551, in 8. Pharmaceutices libri 11. Pariſiis, 1571.

IOANNES de MEY, *Medioburgenſis*

Commentaria Phyſica, ſive Expoſitio aliquot locorum Pentateuchi Moſaici, in quibus agitur de Rebus naturalibus (etiam ad Medicinam attinentibus) Medioburgi, apud Iac. Fierenſium, 1651, 1661, in 4.

IOANNES MEVRSIVS

Marci Porcii Catonis librum de Agricultura, centum amplius poſt ultimam Popmæ Editionem, locis auctum atque correctum, edidit.

IOANNES MICHAELIS

Henrici ab Heer Spadacrene edidit.

Item, Ioa. Hartmanni Praxin Chymiatricam.

IOANNES MICHAELIVS, *Hornanus*

Oculi fabrica, actio, uſus, ſive de Natura viſus libellus. Lugduni Batavorum, 1649, in 8. Accedit Ejuſdem de Æternitate dialogus. Item Poëmata quædam. Ibidem, 1651, in 8.

IOANNES MICHAEL SAVONAROLA, *Patavinus, Hieroſolymitanus Eques & Phyſicus, diſcipulus Antonii Cermiſoni. Floruit ab A. C.* 1440, *ultra ann.* 1480. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Practica de Ægritudinibus à capite uſque ad pedes. Papiæ, apud Andr. de Bonetis, 1486, in fol. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. apud Iuntas, 1559, in fol. apud Vincent. Valgriſium, 1561, in fol. titulo Practicæ majoris. Acceſſerunt in hos libros partim emendationes, partim etiam brevia in ſingula capita argumenta.

Practica Canonica de Febribus. Ejuſdem Summa de Pulſibus. De Vrinis. De Egeſtionibus. De Balneis omnibus Italiæ. Tractatus de Vermibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol. apud Iuntas, 1562, 1563, in fol. Addito Cæſaris Optati de Hectica febre opere abſoluto. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1560, in 8. Huic editioni acceſſit de Hectica febre Cæſaris Optati opuſculum; unaque Iacobi Sylvii de omni febrium genere Commentarius, & de eiſdem Guilielmi Verignanei duo tractatus ſanitati recuperandæ commodiſſimi.

De Balneis omnibus Italiæ, ſicque totius orbis, proprietatibuſque earum. Venetiis, apud Chriſtoph. de Penſis, 1592, in 4. & in Opere Veneto de Balneis, pag. 1.

De arte conficiendi aquam vitæ ſimplicem & compoſitam, deque ejus admirabili virtute ad conſervandam ſanitatem, & ad diverſas humani corporis ægritudines curandas, libellus. Hagenoæ, apud Valent. Kobian, 1532, in 8.

In Medicinam Practicam introductio, ſive de Compoſitione Medicinarum liber. Item Catalogus, continens tam ſimplicium, quam compoſitorum medicamentorum Nomenclaturas, uſum & ſummam. Argentinæ, apud Hier. Scottum, 1533, in 4. & apud Ioan. Albertum, 1533, in 24. cum Enchiridio Medico.

IOANNES MOIBANVS, *Augustanus*

Pedacii Dioſcoridis Ευπόριστα, ex Græco in Latinum à ſe converſos edidit, adjectis Symphoniis Galeni, aliorumque Græcorum Medicorum.

IOANNES MOLANVS

Eccleſiaſticum Medicorum Diarium. Lovanii, apud Ioan. Maſium. 1595, in 8.

IOANNES MOLINÆVS

Annotationes in Medicinal. Alex. Tralliani lib. XII. Lugduni, apud Anton. de Harſy, 1575, in 12. & 1576, in 16.

IOANNES MOLLERVS, *Martisburgicus*

De Peſte tractatus. Iſlebii, apud Vrbanum Gubiſium, 1585, in 4.

Hiſtoria generalis Plantarum libris XVIII collecta. Lugduni, 1587, in fol.

IOANNES MOLPEVS

Tabulæ quæ Hippocratis tres libros Prognoſticorum complectuntur. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1563, in 4.

IOANNES MONHEMIVS

Tomus ſecundus Elementorum Phyſiologiæ, ſive Philoſophiæ Naturalis, tres libros continens, primus animam, ſecundus plantas, tertius animalia deſcribit. Coloniæ, 1544, in 8.

IOANNES de la MONIERE

Obſervatio fluxus dyſenterici Lugduni Gallorum populariter graſſantis. 1626, in 8.

IOANNES MONTANVS, *Strigonienſis Sileſius*

Breve ſed exquiſitum vereque Philoſophicum judicium, doctrinis myſteriiſque variis refertum, de vera nativa, omniſque artis & fuci experte Terra Sigillata, Strigonii per divinam gratiam à ſe inventa. Norimbergæ, 1585, in 4.

IOANNES MORELLVS, *Cabilonenſis*

De febre purpurata, epidemia & peſtilenti, qui ab aliqnot annis in Burgundiam & omnes fere Galliæ provincias miſere debacchatur, Medica diſſertatio. Lugduni, apud Ioh. Huguetan, 1641, in 8.

IOANNES MORISOTVS, *Dolanus*

Hippocratis Aphoriſmorum genuina lectio, ab eruditis omnibus mire deſiderata. Eorundem fidelis interpretatio, cum Galeni cenſura in eos omneis, qui minus erant abſoluti. His acceſſerunt Adnotationes in Corn. Celſum, ne tanti viri autoritas officeret iis, qui memoria eſſent Aphoriſmos complexuri. Trium Galeni de Diebus decretoriis librorum Epitome, quæ & una eſt ex illis Adnotationibus. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1547, in 8.

IOANNES MVNSTERVS, *Heilbronnenſis*

Diſputationum de Pædophlebotomia libri quinque. Quibus ſaluberrimum Galeni decretum de non mittendo pueris infra decimum quartum annum ſanguine defenditur, pro Alex. Maſſaria, adverſus Horatium Augenium. Tubingæ, apud Andr. Cellium, 1604. in 4. Francof. 1617, in 4.

Diſcuſſio eorum quæ ab Abrahamo Schopffio Aulæ Wirtembergicæ Medico, in Generalis ſuæ omnium præſidiorum Medicorum, Vniverſa-

verſalium & Topicorum, diſquiſitionis libri tertii Sectione quarta, cum de aliis quibuſdam ad Purgandi negotium ſpectantibus theorematis, tum vero maxime de Purgatione principio morborum inſtituenda, contra magnum illud magni Hippocr. I, Aphor. 22, oraculum ſcripta ſunt. Quibus duæ acceſſerunt ejuſdem argumenti appendices: una, contra Hier. Capovacceum; altera, contra Hier. Mercurialem. Francof. apud Ioan. Spieſſium, 1603, in 8.

IOANNES MYRICA

Paraphraſis in Aphoriſmos Hippocratis. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1556, in 8.

IOANNES NABASLVESIVS

Theoremata IV, in Meſues lib. I. de Purgantibus ſimplicibus. Cæſar-Auguſtæ, 1550. in fol.

IOANNES NÆVIVS, *Francofurtenſis*

Medicamenta contra Peſtem pro Republica Dreſdenſi. Extant in Faſciculo medicamentorum contra Peſtem à Dan. Sennerto collecto, & cum libro ſuo de Febribus edito.

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Ioan. Philippus Brendelius collegit & edidit Francof. apud Palthenium, 1615, in 4. & in eo libro, quem Ioannes Wittichius edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4. & eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IOANNES NARDIVS, *Florentinus*

Apologeticon in Fortunii Liceti Mulctram, vel de Duplici Calore. Florentiæ, apud Amatorem Maſſam, 1638, in fol. & in 4.

Noctes geniales. Annus primus. Bononiæ, apud Ioh. Bapt. Ferronium, 1656, in 4.

De Igne Subterraneo. Florentiæ, 1641, in 4.

Lactis Phyſica Analyſis. Florentiæ, 1634, in 4.

De Rore diſquiſitio Phyſica. Ibid. 1642, in 4.

IOANNES NEANDER, *Bremanus*

Syntagma, in quo Medicinæ Artis antiquiſſimæ & nobiliſſimæ, cum laudes & Natalitia, Sectæ earumque Placita, tum Catacrypſes ejus, ac Reſtauratores, & ad hæc noſtra uſque tempora Propagatores, cum hiſtoriis eorum, Vitis, ac Scriptis in reverentiam, honorem, & dignitatem artis Aſclepiadeæ graphice depinguntur. Addita eſt in calce de Medicina Hermetica & Paracelſica elegans diſſertatio. Bremæ, apud Ioa. Weſſelium, 1623, in 4.

Tabacologia: hoc eſt, Tabaci, ſeu Nicotianæ deſcriptio Medico-Cheirurgico-Pharmaceutica: vel ejus præparatio & uſus in omnibus corporis humani incommodis: una cum variis Tabacum adulterandi rationibus, & accurata ſignorum, quibus ejus bonitas dignoſci poteſt, annotatione. Lugd. Bat. apud Iſaac. Elzevirium, 1622, in 4. Vltrajecti, 1644. in 12.

Saſſafraſologia, hoc eſt, Tecmarſis nobile Saſſafras lignum dextre ac feliciter in omnibus ferme humani corporis incommodis in uſum ducendi. Bremæ, apud Ioan. Weſſelium, 1627, in 4.

IOANNES NEYDECKER

Bernardini Stainer Gerocomicon edidit.

IOANNES NEVCRANTZ

Auctuarium Pharmacopœiæ Stralſundenſis. 1645, in 12.

IOANNES NICOLAI, *Pariſienſis*

Vniverſæ Medicinæ Compendium. Baſileæ, apud Ludov. König, 1601, in 8.

IOANNES NICOLAVS BAVMANNVS

De Tabaci virtutibus, uſu & abuſu. Baſileæ, 1629, in 4.

IOANNES NICOLAVS FVRICHIVS, *Argentoratenſis*

Chryſeidos libri quatuor. Sive Poëma de Lapide Philoſophorum. Adjunctis Poëmatibus nonnullis aliis. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1631, in 4.

IOANNES NICOLAVS ROGERIVS, *Salernitanus*

Quæſitum difficilimum accurate explicatum de Sede animæ, membrorumque principatu, ex Galeni, Hippocratiſque placitis, adverſus Philoſophos editum. Neapoli, apud Ioſephum Caclum, 1574, in 4.

De recta curandi ratione per ſanguinis miſſionem. Venetiis, 1597, in 4.

IOANNES NICOLAVS ROGERIVS, *Venetus, Medicus clarus. Floruit ſub Henrico VI. Imperatore. A. C.* 1198. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

De recta curandi ratione per ſanguinis miſſionem liber unus. Venetiis, apud Georg. Angelerium, 1597, in 4.

IOANNES NICOLAVS STVPANVS, *Rhætus*

Medicina Theorica: ex Hipp. & Galeni Phyſiologicis, Pathologicis & Semeioticis libris, poſt diexodicam enarrationem, ſummatim pro diſputationibus ordinariis in theſes contracta. Baſileæ, apud Ioan. Schrœterum, 1614, in 8.

Epiſtolæ binæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNES NIDEPONTANVS

De Sudore Anglico liber. Argentinæ, apud Knoblochium, 1529, in 4.

IOANNES OBERNDORFFERVS

De veri & falſi Medici agnitione tractatus, in theorematum forma conſcriptus. Lavingiæ, apud Leon. Reinmichelium, 1600. in 4.

Apologia Chymico-Medica Practica adverſus illiberales Martini Rulandi calumnias. Ambergæ, apud Michaelem Forſterium, 1610, in 4.

Epiſtolæ aliquot Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

IOANNES ODORICVS, *Melchiorius Tridentinus, Medicus ſpectatæ eruditionis. Vixit circa A. C.* 1554. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, qua agitur de quadam admirabili planta in Hiſpania reperta, & de Belenio apud Ariſtotelem. Extat lib. v Epiſt. Matth. pag. 611.

IOANNES OPORINVS

Iul. Pollucis Onomaſticon diligenter emendavit.

IOANNES OPSOPOEVS, *Brettanus*

Hippocratis Coi, Medicorum Principis, Iusjurandum. Aphoriſmorum

rum ſectiones VIII. Prognoſtica. Prorrheticorum lib. II. Coaca præſagia. Græcus & Latinus contextus accurate renovatus, lectionum varietate & Cornelii Celſi verſione calci ſubdita. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1587, in 16.

IOANNES PADOVANVS

De ſingularum Humani corporis Partium ſignificationibus. Veronæ, 1589, in 4.

Lilium inter ſpinas, id eſt benedictus mundi Theſaurus. 1620, in 8.

IOANNES PAPIVS, *Regiomontanus Pruſſus*

De Medicamentorum præparationibus, earumque cauſis, tractatus. In quo Epitome totius artis Chymicæ, qua illa eſt miniſtra Medicinæ, & Iudicium de Pharmacopœa Quercetani continetur. Witebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1612, in 8.

IOANNES PARKENSON

Theatrum Botanicum, cum Figuris, 2 Volum. Londini, 1640.

IOANNES PASCHALIS, *Sueſſanus*

De Morbo compoſito vulgo Gallico appellato liber. Neapoli, apud Ioan. Anton. de Caneto, 1534, in 4. Et tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 190.

IOANNES PAVLVS GALLVCIVS, *Saloenſis*

De temporibus ad medendum accommodatis. Extat cum Ioa. Haſfurto de cognoſcendis & medendis morbis ex corporum cœleſtium poſitione, cui Argumenta & Explicationem inſcripſit. Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1584, in 4.

IOANNES PAVLVS MONGIVS

Annotationes in Avicennæ Canonem editum. Venetiis, apud Iuntas, 1594, in fol.

IOANNES PAVLVS NATVS RHODIGINVS

Opuſculum de Chirurgia & præcipue de ſolutione continui. Venetiis, 1570, in 8.

IOANNES PAVLVS PERNVMIA, *Patavinus*

Nova ac plane ſingularis omnes totius corporis humani affectus præter naturam medendi ratio. Opus eximium ac vere aureum, propterque methodum expeditam, ac doctrinam præclaram, non ſolum inter Neotericorum ſcripta admirabile, ſed vel antiquitati jure comparandum. Venetiis, apud Simonem Salignacum de Karera. 1564. 1574, in 4. Francofurti, apud Wecheli hæredes, 1596, in 8. Laurentii Scholzii Vratiſlavienſis ſtudio & opera editum.

IOANNES PAVLVS SANGMAISTER

Formulæ.

IOANNES PAVLVS ex SPINELLIS, *Iuvenatius Caſtellanetenſis*

Lectiones aureæ in omni, quod pertinet ad artem Pharmaceuticam lucubratæ, in quibus reſolvuntur dubia, quæ in omnibus fieri poſſunt, tam in Canonibus Meſuæ, quam in Compoſitionibus & ſimplicium electione, tum in opere diſtillationum, in quibus diſſeritur & Practice & Theorice, ut de arte & legi & diſputari poſſit. Barii, apud Iulium Cæſarem Venturam, 1604, 1605, in 4. Ibidem, apud Iacobum Guidonem, 1633, in 4.

IOANNES PAVLVS TVRRIANVS, *Novicomenſis*

Epiſtola de Arthritide. Extat cum Epiſt. Thaddæi Duni Locarnenſis. Tiguri, apud Geſneros FFR. 1555, 1592, in 8.

IOANNES PECQVETVS, *Diepæus*.

Experimenta nova Anatomica, quibus incognitum hactenus Chyli receptaculum, & ab eo, per Thoracem in ramos uſque ſubclavios Vaſa lactea deteguntur. Ejuſdem Diſſertatio Anatomica de Circulatione Sanguinis & Chyli Motu. Hardervici, apud Ioa. Tollium, 1651, in 12. Pariſiis, ex Officina Cramoſiana, 1654, in 4. Huic ſecundæ Editioni emendatæ, illuſtratæ, auctæ, acceſſit Diſſertatio, de Thoracicis Lacteis, in qua Ioa. Riolani Reſponſio, ad eadem experimenta nova Anatomica refutatur, & inventis recentibus, canalis Virſungici demonſtratur uſus, & Lacteum, ad Mammas, à Receptaculo iter indigetatur. Sequuntur Gratulatoriæ Clariſſimorum Virorum, quibus & adjungitur brevis deſtructio ſeu Litura Reſponſionis Riolani, ad Ejuſdem Pecqueti Experimenta per Hyginum Thalaſſium. Pariſiis, 1654, in 4.

IOANNES PELECYVS

De humanorum affectuum, morborumque cura, libri duo. Monachii, apud Ioan. Hertſroy, 1617, in 12.

IOANNES de PENNA, *Neapolitanus*

Reprobationes in Tractatum comminantium Franciſci de Bononia de Animatione fœtus. Extat cum Summa Thomæ de Garbo, pag. 83.

IOANNES PEREZ de MOYA, *ex oppido S. Stephani Portuenſis*

Sylva Eutrapelias, id eſt, comitatis & urbanitatis, ex variis probatæ fidei authoribus, & vitæ experimentis. Hiſpali, apud Ferdin. Diaz, 1579, in 8. Opus eſt Secretorum Alexii & Weckeri inſtar.

IOANNES PETRVS ARLVNVS

Commentatio vinumne mixtum an meracum obnoxiis juncturarum doloribus magis conveniat. Peruſiæ, 1573, in 8.

IOANNES PETRVS AYROLDVS MARCELLINI

Franciſci Valleſii Commentaria, in varios Galeni libros edidit.

Item, Ejuſdem in libros Hippocratis, de Morbis Popularibus: & in Ejuſdem Aphoriſmos: in libros, De Alimento: In lib. Prænotionum: De Victus ratione in acutis.

IOANNES PETRVS CORVINVS, *Romanus*

De Diatartari Electuarii Temperamento, Qualitatibus, Vſu, & Doſi dilucidatio. Meſſanæ, apud hæredes Petri Breæ, 1644, in 8.

IOANNES PETRVS LOTICHIVS, *Mœno-Francofurtenſis*

De Gummi (ut vocant) Gotta, ſive Laxativo Indico diſcurſus Theorico-Practicus. Extat cum Diſpenſatorio Chymico. Francof. apud Theobaldum Schönwetterum, 1626, in 8.

Paradoxon, ſive de Febribus in genere diſſertatio Theorico-Practica: in qua totius velut Medicinæ Epitome probabiliter adſtruitur, Febrem omnium reliquorum Morborum Ideam eſſe. Acceſſit ejuſdem Diſputatio Phyſica de dignitate & præſtantia Scientiæ naturalis. Francof. apud Caſp. Rotelium, 1627, in 4.

Conſiliorum & obſervationum medicinalium libri VI. In quibus plerorumque corporis humani affectuum curationes, præſertim remedia eupori-

euporiſta, ab ipſomet authore partim inventa, partim ab aliis ante experta & mutuata, luculenter & hiſtorice, tamquam in diario, proponuntur. Vlmæ, apud Ioan. Gerlinum, 1644, in 4.

De Calei nequitia tractatus Medico-Philologicus. Francof. apud Ioh. Frider. Weiſſium, 1643, in 8.

In Petronii Satyricon Commentarii ſive excurſus Medico-Philoſophici tribus libellis recens adornati. Francof. apud Lucam Iennis, 1629, in 4.

Gynæcologia, id eſt, de Nobilitate & perfectione ſexus fœminei contra Maſtiges Ἀιδοιοτῶν. Rintelii, apud Petrum Lucium, 1630, in 8.

Oratio ſuper fatalibus hoc tempore Academiarum in Germania periculis publice recitata in Academia Rintelenſi. Rintelii ad Viſurgim, apud Petrum Lucium, 1631, in 4.

Oratio de Opinione. Francofurti, 1645, in 8.

Bona mens, Oratio. Francof. 1643, in 8.

IOANNES PETRVS MARTELIVS

Libri de natura animalium, in quibus explanatur Ariſtotelis Philoſophia de Animalibus. Pariſiis, apud Petrum Rocolet, 1638, in 8.

IOANNES PETRVS MERENDA, *Brixianus*

Conſilia quædam extant eo in opere quod Laur. Scholtzius collegit. Hanoviæ, 1610, in fol.

Commentarius de Ratione victus in morbis. Baſileæ, apud Oporinum, 1556, in 8.

De ratione Evacuandi liber. Baſileæ, apud Iſingrinum, 1547, in 8. apud Oporinum, 1555, in 8.

IOANNES PETRVS PASSERVS, *Bergomas*

De Cauſis mortis in vulneribus capitis, & recta eorum curatione liber. In quo ad mentem Hippocratis potiſſimum de Perforatione & abraſione in Cranii læſionibus non ſatis apparentibus agitur. Bergomi, apud Cominum Venturam, 1590, in 4.

IOANNES PFANNERVS, *Viennenſis*

De generali morborum curatione, & curationibus inſolitis, prodigioſis, ipſaque armorum inunctione, Diſſertationes tres. Baſileæ, apud Ludovicum König, 1618, in 4. Ibid. 1628, in 8.

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

IOANNES PFAVTIVS

Deſcriptio Graminis Medici. Vlmæ, 1656, in 4.

Noſomachia ſive Morborum pugna, carmine deſcripta. Item, Binæ deſcriptiones duorum fontium, ſive Thermarum ferinarum acidularum Vallis Petrinæ. Friburgi, 1618, in 12.

Hippocratis Aphoriſmi Verſibus Heroicis expreſſi. Baſileæ, 1642, in 8.

Speculum errorum popularium, quotidie circa Medicinam, Medicos, ægrotos, gravidas, infantes contingentium. Vlmæ, in 4.

IOANNES PHARMVNDVS RHVMELIVS

Compendium Hermeticum, de Macrocoſmo & Microcoſmo, totius Philoſophiæ & Medicinæ cognitionem breviter & compendioſe

complectens. Additum eſt Diſpenſatorium Chymicum novum de vera Medicamentorum præparatione. Francof. 1635, in 12.

Hiſtoria morbi, qui ex caſtris ad raſtra, à raſtris ad roſtra, &c. In Palatinatu ſuperiori pervenit. Noribergæ, 1625, in 8.

Partus humanus, id eſt diſſertatio de partus humani natura, temporibus, cauſis, &c. Ibidem, 1624, in 8.

Ioannes Pheill

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Ioannes Philippus Brendelius, *Sc'aicenſis*

Conſilia Medica celeberrimorum quorundam Germaniæ Medicorum. Collecta & partim etiam ex idiomate Germanico converſa. Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

Ioannes Philippus Ingrassias, *Rachalbutenſis Siculus*

De Tumoribus præter naturam tomus primus. In quo generatim tumorum omnium præternaturalium ſpecies: præſertimque eorum nomina, & definitiones, atque etiam cauſæ, multaque generalia declarantur. Græcique, & Arabes, & Latini, quatenus ad hæc ipſa pertinent, enucleantur. Occaſione ſumta ab Avicennæ verbis tertia Fen, quarti Libri, Tract. primo. Cujus interim univerſum primum Caput in hoc tomo elucidatur. Reliqua in ſex aliis tomis declarabuntur. Neapoli, 1553, in fol.

In Galeni librum de Oſſibus doctiſſima & expectatiſſima commentaria. Nunc primum ſedulo in lucem edita, & apte Naturam imitantibus Iconibus inſignita. Quibus appoſitus eſt Græcus Galeni contextus, una cum nova & fideli ejuſdem Ingraſſiæ in Latinum verſione, Panormi, apud Ioan. Bapt. Maringhum, 1603, in fol. Venetiis, apud Societatem, 1604 in fol.

Prægrandis utiliſque Medicorum omnium deciſio. Vtrum in capitis vulneribus, phrenitideque, atque etiam pleuritide exſolvens nuncupatum medicamentum an leniens dumtaxat congruens ſit? Panormi, apud Ioh. Matthæum de Mayda, 1545, in 8.

Iatropologia. Liber, quo multa adverſus barbaros medicos diſputantur, collegiique modus oſtenditur; ac multæ quæſtiones tam Phyſicæ, quam Chirurgicæ diſcutiuntur. Ejuſdem quæſtio, quæ capitis vulneribus ac phrenitidi medicamenta conveniant. Venetiis, 1544, in 8. apud Ioannem Gryphium, 1558, in 8.

Quæſtio de Purgatione per medicamentum, atque obiter etiam de Sanguinis miſſione, an ſexta morbi die fieri poſſint. Qua occaſione de omnibus etiam aliis diebus determinatur, in quibus præcipue purgare vel ſanguinem mittere poſſumus. Illuſtriſſimi Ducis Terrænovæ caſus Enarratio, & Curatio. E quibus tum penetrantis in thorace Vulneris, tum Fiſtulæ curandæ Methodus eluceſcit. Quæſtio utrum Victus à principio ad ſtatum uſque procedere debet ſubtiliando, an (ut multi perpetuo obſervant) potius ingroſſando. Quod Veterinaria Medicina formaliter una eademque cum nobiliore Hominis medicina ſit, materiæ duntaxat nobilitate differens. Ex quo Veterinarii quoque medici non minus quam nobiles illi Hominum medici ad Regiam Protomedicatus officii juriſdictionem pertineant. Omnia in unum corpus redacta,

dacta, atque in lucem edita. Venetiis, apud Angelum Pataſſium, 1568, in 4.

Galeni Ars Medica, Ioan. Phil. Ingraſſia interprete, ac veluti novo pluſquam Commentatore. Venetiis, apud Ioan. Gryphium, 1573, 1574, in fol.

Brevis methodus curandi peſtiferum contagium, quod Anno Chriſti MDLXXV, & MDLXXVI Panormum metropolim Siciliæ invaſit: converſa à Ioachimo Camerario ex Italico ſermone in Latinum. Argentinæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8. Cum Synopſi Commentariorum de Peſte.

De Frigidæ Potu poſt Purgans. Mediolani, 1586, in 4.

IOANNES PHILIPPVS de LIGNAMINE, *Meſſanenſis*

De unoquoque cibo & potu, utili homini, & nocivo, eorumque primis qualitatibus. Romæ, in 4.

IOANNES PHILIPPVS LONERVS

Ἐξήγησις μεθοδικὴ trium alvi fluxionum, Diarrhœæ nimirum, Lienteriæ, & Dyſenteriæ: quos anno 1588, ſub finem æſtatis Numburgi obſervavit. Numburgi, apud hæredes Ioan. Steinman, 1589, in 4.

Ἐξήγησις ἰατρικὴ μεθοδικὴ Apoplexiæ, cum ſuis cauſis, ſignis, & curatione. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1596, in 8.

IOANNES PINCIER

Meditationum variarum liber quartus. Cum appendice Carminum, & ad ea Annotationum. Francof. apud Chriſtoph. Corvinum, 1601, in 8.

Otium Marpurgenſe in VI libros digeſtum, in quibus fabrica humani corporis perſpicuo carmine deſcribitur. Herbornæ, 1614, in 8.

IOANNES PISTORIVS, *Nemauſenſis*

Microcoſmus, ſeu liber Cephale Anatomicus de proportione utriuſque mundi: in cujus calce reviviſcit Pelops. Lugduni, apud Barthol. Vincentium, 1612, in 8.

IOANNES PISTORIVS, *Niddanus*

De vera curandæ peſtis ratione liber unus: qua medicatio paulo aliter, quam hactenus à communibus practicis factum ſit, proponitur. Francof. apud Hier. Feirabendium, 1568, in 8.

IOANNES PLACOTOMVS, *Murſtadius, Medicinæ Profeſſor in Academia Regiomontana Boruſſiæ. Vir eximia eruditione præditus, in utraque lingua. Vixit circa A. C. 1550. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Oratio de ratione diſcendi, ac præcipue Medicinam. Argentorati, apud Conrad. Scher, 1607, in 12. Cum Ioan. Georg. Schenckii Enchiridio de formandis Medicinæ ſtudiis. Lipſiæ, 1552, in 8.

Polybi de Diæta ſalubri, ſive de victu Privatorum, libellus, ex Græco tranſlatus, & brevibus Scholiis illuſtratus. Item Doctrina, de tuenda ſanitate, & Diſputationes quædam Scholaſticæ & Philoſophicæ ejuſdem. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1561, in 16.

De Deſtillationibus Chymicis epiſtola ad Medicos Florentinos. Item, Diſputatio de cauſa conjuncta & temperamento ſantalorum ac camphoræ; Venæſectione in omni pleuritide; Odoribus. Francofurti ad Viadrum, 1553, in 8, & 12.

Pharmacopœia in compendium redacta. Antwerpiæ, 1560, in 8.
Diſpenſatorium cum Scholiis Ioan. Ludovici Bertaldi. Taurini, 1614, in 4.
Hippocratis Aphoriſmi in locos communes ordine doctrinæ compoſitivæ in uſum tyronum Medicinæ digeſti. Sententiæ præcipuæ ex Cornelio Celſo excerptæ. Galeni Pergameni Exhortatio ad bonas artes diſcendas. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 1562, in 12 oblongo.
Commentarii in libellum Helii Eobani Heſſi de tuenda bona valetudine. In quibus multa erudite explicantur, ſtudioſis Philoſophiæ plurimum profutura. Francofurti, apud hæred. Chriſt. Egenolphi, 1560, in 8.

Acceſſerunt huic libello:

Ejuſdem Placotomi de Natura & viribus Cereviſiarum & mulſarum Opuſculum.
Ejuſdem de Cauſis, præſervatione, & curatione Ebrietatis diſſertationes.
Item de Cauſa conjuncta erudita diſſertatio.
Medicinæ encomion ex Deſid. Eraſmo per Eobanum Heſſum verſu redditum.
Chorus illuſtrium Medicorum, Eobani Heſſi.
Strabi Galli Hortulus amœniſſimus.
Cœna Baptiſtæ Fieræ, de Herbarum viribus, & ea Medicæ artis parte, quæ in victus ratione conſiſtit.

IOANNES PLANERIUS
Febrium omnium Simplicium diviſio & compoſitio, ex Galeno & Avicenna excerpta, & in arbores, ut facilius intelligatur, redacta. Venetiis, apud Mejettum, 1596, in 4.

IOANNES PLATEARIUS, *Salernitanus, Medicus expertiſſimus. Claruit A. C. 1300, ſecundum alios 1497, & alios, 1521. VVolfg. Juſtus in Chronol. Medic. ken uus Moreau. Vixit ante A. C. 1300.*
De Simplici medicina liber, inſcriptus Circa inſtans; quo ſimplicia medicamenta uſitatiora alphabeti ſerie deſcribuntur. Extat ad finem Diſpenſatorii Nicolai Præpoſiti. Lugduni, apud Conſtantinum Fradin, 1512, in 4. Pariſiis, apud Nicolaum Bontonium, 1582, in 4.
Expoſitiones & commentationes ad Nicolai Antidotarium. Extant cum Serapionis operibus, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. Cum Meſuæ operibus, Venetiis, apud Lucanton. Iuntam, 1527, in fol.
Practica brevis morborum curandorum, etiam febrium, una cum libro de Simplici medicina: extant cum Operibus Serapionis, theſauro pauperum, aliiſque. Lugduni, apud Iac. Myt, 1525, in fol.

IOANNES PONA, *Veronenſis*
Accurata Montis Baldi in agro Veronenſi, deſcriptio. Ex Italico in Latinum ſermonem Carolo Cluſio verſa. Extat cum hujuſdem Rariorum Plantarum hiſtoria. Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol. Acceſſerunt nonnullæ Stirpes, quæ ab Honorio Bello, in Creta obſervatæ ſunt. Baſileæ, 1608, in 4.

IOANNES PONTANUS, *Medicinæ Profeſſor, in Academia Regiomontana. Vir eximia eruditione præditus, in utraque lingua. Vixit circa A. C. 1550. Juſtus in Chronol. Medic.*
Methodus componendi Theriacam & præparandi Ambram factitiam.

tiam. Excuſa cum Conſiliis Clariſſ. Germaniæ Medicorum, quæ collegit & edidit Iohannes Wittichius. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

De prodigioſis Epiſcopi Spirenſis Iejuniis, Narratio. Extat cum Pauli Lentuli Hiſtoria de Apolloniæ Schreieræ Inedia. Bernæ Helvetiorum, apud Ioan. le Preux, 1604, in 4.

Epiſtola de Lapide Philoſophorum. Extat cum Opuſculis quibuſdam Chemicis. Francof. apud Ioa. Bringerum, 1614, in 8. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1599, in 8. cum Iodoci Greveri Secretô, aliiſque.

IOANNES PORTESIVS

De laudibus Medicinæ oratio, habita in Scholis Medicorum. Lutetiæ, 1550, in 8.

IOANNES POSTHIVS, *Germershemius*

Obſervationes Anatomicæ in Realdi Columbi Cremonenſis Anatomiam. Extant cum hujuſdem de re Anatomica lib. xv. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1590, in 8.

Epiſtolæ binæ Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

Iſaaci Iſraelitæ lib. II, de Diætis Vniverſalibus & particularibus, in Latinum tranſlatos, ſedulo caſtigavit, & edidit.

Mantiſſa Anatomica. Extat cum Tho. Bartholini Hiſt. Anatomicarum Cent. v. & vi. Hafniæ, apud Henr. Gödianum, 1661, in 8.

IOANNES PRÆVOTIVS, *Rauracus*

Opera Medica Poſthuma. Francofurti, apud Ioan. Beyerum, 1651, in 12.

Continentur autem iis operibus:

Tractatus de Remediorum, tum Simplicium, tum Compoſitorum materia.	Medicina Pauperum, ſive de Remediis facile parabilibus.
Ioannis Stephani, Medici Veneti Coſmetice.	De Venenis & Alexipharmacis.
	De Signis.

De Compoſitione medicamentorum. Francof. apud Ioa. Beyerum, 1656, in 12.

Selectiora Remedia, multiplici uſu comprobata, quæ inter Secreta Medica jure recenſeas. Ibidem, apud Eundem, 1659, in 12.

De Lithotomia, ſeu Calculi veſicæ ſectione Conſultatio. Extat cum lib. IV. poſterioribus Obſervat. Greg. Horſtii. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. & cum Ioan. Beverovicii libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Semeiotice, ſive de Signis Medicis Encheiridion. Acceſſit de componendorum medicaminum ratione, nec non de menſuris & Ponderibus Medicis Syntagma. Venetiis, apud Turrinum, 1654, in 24.

Medicina Pauperum, ac ejuſdem de Venenis ac eorumdem Alexipharmacis opuſculum. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1641, in 12. Lugd. apud Petrum Ravaud, 1644, in 12. huic editioni acceſſit De medicamentorum materiâ tractatus.

De

De remediorum cum ſimplicium tum compoſitorum materia. Venetiis, apud Bertanos, 1611, in 12.

IOANNES QVINQVABORRÆVS

Avicennæ Libri tertii Fen ſecundæ, quæ eſt de ægritudinibus nervorum, ex Hebraica in Latinam verſio. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1570, in 8.

Avicennæ Libri tertii Fen primæ, Tract. quarti, in quo ſcribit de ægritudinibus capitis & noxa multa illarum in functionibus ſenſus & moderaminis, ſive partis rectricis, ex Hebraica in Latinam tranſlatio. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1572, in 8.

IOANNES RAICVS, *Schlaccowaldenſis*

Tractatus de Podagra Medico-chimicus. Francof. apud Aubrios, 1621, in 8.

IOANNES RAPHAEL MOCHIVS, *Gerundenſis*

Methodi medendi per venæ ſectionem morbos, muliebres, acutos, Libri quatuor. Quibus ſuccedit Spicilegium eorum, quæ à variis ſunt ſcripta de curandi ratione per venæſectionem febres, quas humor putreſcens accendit. Coloniæ Allobr. apud Samuelem Criſpinum, 1612, in 8.

IOANNES RASCH, *Viennenſis*

De Vino liber. Monachii, apud Adamum Bergerum, 1580, in 8.

IOANNES REMMELINVS, *Vlmenſis*

Catoptrum Microcoſmicum ſuis ære inciſis viſionibus ſplendens, cum hiſtoria & pinace de novo prodiens. Auguſt. Vind. apud David. Franckum, 1619, in magno fol. Vlmæ, apud Ioh. Gorlinum, 1639, in fol.

IOANNES RENERIVS, *Medicus clarus. Vixit circa A.C. 1555. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Dionyſii Fontanoni lib. IV. De internorum morborum curatione edidit.

Interpretatio Vocum Arabicarum, quæ ſunt in Ioa. Meſuæ libro, de Morbis internis curandis. Vide Meſuem.

IOANNES RENODÆVS, *Pariſienſis*

Diſpenſatorium Medicum, continens Inſtitutionum Pharmaceuticarum lib. V. De Materia medica lib. III. Pharmacopœam itidem, ſive Antidotarium varium & abſolutiſſimum. Pariſiis, apud viduam Guil. de la Nouë, 1608, 1623, in 4. Francof. apud Ioa. Theobald. Schönwetterum, 1609, in 8. Genevæ, apud Iac. Stoer, 1645, in 8.

IOANNES REVSCHIVS, *Fontanus*

Methodus præcavendæ & vitandæ Peſtilitatis. Lipſiæ, apud Vœgelium, 1573, in 8.

IOANNES RHENANVS

Solis è puteo emergentis, ſive Diſſertationis Chymico-technicæ libri tres. In quibus totius operationis Chymicæ Methodus practica: materia lapidis Philoſophici, & modus ſolvendi ejus, operandique, ut & clavis operum Paracelſi, qua abſtruſa explicantur, deficientia ſupplentur. Cum præfatione Chymiæ veritatem aſſerente. Francofurti, apud Anton. Hummium, 1613, in 4. apud Conr. Eifridum, 1623, in 4.

Syntagma Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ, ſive Philoſophorum anti-

antiquorum conſentientium, hactenus quidem plurimum deſideratorum, ſed nondum in lucem publicam editorum; collectum & diſtributum in certas decadas. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Diſſertatio Chymico-technica, in qua totius operationis Chymicæ Methodus practica clare ob oculos ponitur, in Academia Marpurgica ad diſputandum propoſita. Marpurgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 4.

Vrocriterium Chymiatricum, ſive Ratio Chymiatrica exacte judicandi urinas ex tribus principiis activis, & uno paſſivo, hactenus neglectis, Aphoriſtice oſtenſa. Marpurgi Cattor. apud Kitzelium, 1610, in 8. Francof. apud Anton. Hummium, 1614, in 8.

Opera Chymiatrica. Francofurti, apud Conr. Eifridum, 1635, in 8. apud Ioh. Preſſium, 1641, in 8.

IOANNES RHODIVS, *Danus*

De Acia diſſertatio ad Cornelii Celſi mentem. Patavii, apud Paul. Frambottum. 1639, in 4.

Notæ in Scribonium Largum, cum Lexico Scriboniano. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1655, in 4.

Analecta & Notæ in Septalii Animadverſiones & cautiones medicas 2 voll. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1652, in 1.

Obſervationum Medicinalium Centuriæ tres. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1657, in 8.

IOANNES RIOLANVS, *Ambianus, Eximium Scholæ Pariſienſis Lumen, & Hippocraticæ doctrinæ, adverſus Chymiſtas, Vindex acerrimus. Florvit circa A. C.* 1598. *Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Anatomicorum omnium perfectiſſimus ἔμψυχος βιβλιοθήκη; ita ut pene nihil, ex omnibus artibus ac diſciplinis ſit, quod ipſi non fuerit perſpectum cognitumque. Idem de V. S. in Pleurit.*

V. Obſervationes Medicæ rariores, quibus accedit lib. II. ex Germanico Idiomate in Latinum translatus.

IOAN-

IOANNES WIGANDVS

Vera hiſtoria de Succino Boruſſico; de Alce Boruſſica, & de Herbis in Boruſſia naſcentibus. Item de Sale. Ienæ, apud Tobiam Steinman, 1590, in 8.

IOANNES WITTICHIVS, *Boneſlavienſis*

Tractatus de Lapide Philoſophico. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ decade prima, collecta ab Herm. Condeeſyano. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

IOANNES WITTICHIVS, *Vinarienſis*

Methodus tum ſimplicium, tum compoſitorum medicamentorum, quæ apud Recentiores ſunt in uſu, omnibus Medicinam exercentibus admodum utilis. Adjungitur & brevis enarratio de Chirurgicis adminiſtrationibus à Medico excellenti Patavino Anno 1566, Stud. Medic. dictata. Acceſſit Paræneſis de præcipuis & maxime vulgaribus digeſtivis ſolutivis, Correctionibus medicinarum ſimplicium, Decoctionibus minorativis & Alterantibus remediis,, cum certa & limitata rei menſura ac doſi, Incerti autoris. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1596, in 8.

Conſilia, Obſervationes, atque Epiſtolæ Medicæ nobiliſſimorum ac doctiſſimorum Germaniæ Medicorum, quibus ſua ipſius Conſilia inſeruit. Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Proceſſus, curationes & conſilia in curandis particularibus morbis, Helidei de Padoanis. Lipſiæ, apud Nerlich, 1607, in 4.

IOANNES WOLFIVS, *Haſſiacus*

Exercitationes Semeioticæ. Helmeſtadii, 1620, in 4.

De Acidis Wildungenſibus, earumque mineris, natura, viribus, ac uſus ratione brevis explicatio. Marpurgi, apud Auguſt. Colbium, 1580, in 4.

Exercitationes Semeioticæ in Cl. Galeni de Locis affectis libros VI. Diſputationibus aliquot comprehenſæ. Helmæſtadii, apud Iac. Lucium, 1620, in 4.

Verſio Latina X Dialogorum Ioan. Baptiſtæ de Gello. De Naturæ Humanæ Fabrica. Ambergæ, apud Forſterum, 1609, in 12.

De aqua vitæ Iuniperina Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 411.

IOANNES WOLFGANG DIENHEIM

Medicina univerſalis, ſeu de generali morborum omnium remedio liber, quo veritas facilitaſque Medicinæ cujuſdam Catholicæ, omnes omnino Morbos curantis oſtenditur, ad eandemque adipiſcendam aditus aperitur. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1610, in 8.

IOANNES WOLFGANG KRAPTIVS, *Moguntinus*

De vita producenda & reparanda juventute tractatus. Moguntiæ, apud Balthaſ. Lippium, 1611, in 8.

IOANNES de ZANTVLIETE, *Brabantinus*

Tractatus de Diætis totius anni. Extat cum Regimine Sanitatis Magnini. Lugduni, apud Iac. Myt, 1517, in 4.

IOANNES ZECCHIVS, *Bononienſis*

De ratione curandi præſertim Febres ex putri ortas humore à Me-

dicis hactenus in urbe ſervata, diſputatio. Romæ, apud Aloyſium Zannettum, 1596, in 4.

Conſultationes medicinales. In quibus univerſa Praxis Medica exacte pertractatur. Andromachi Zecchii operâ in lucem editæ. Venetiis, apud Ioan. & Variſcum Variſcos, 1617, in 4. Romæ, apud Guilielmum Facciottum, 1601, in 4. MM. duplex quaternio. Francof. 1650, in 8.

De Vrinis brevis & pulcherrima Methodus. Cui de laterali dolore cum febre putrida, nec non mali moris tractatus, & Conſultatio accedunt. Herculis Zecchii operâ in lucem edita. Bononiæ, apud hæredes Ioan. Roſſii, 1613, in 4.

De Aquarum Porrectanarum uſu, atque præſtantia Tractatus, in ſeptem capita diviſus. Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1576, in 4.

In primam D. Hipp. Aphor. Sect. dilucidiſſimæ lectiones. Quibus accedunt tractatus quatuor inſignes, admirabili quadam Methodo digeſti, de Purgatione videlicet, de Sanguinis miſſione, de Criticis diebus, ac de Morbo Gallico. A Scipione ex Mercuriis ſumma diligentia ab ore Autoris excepti. Ejus Scip. Merc. Scholia in ſingulas Lectiones: tomus primus. Bononiæ, apud Ioa. Roſſium, 1586, in 4.

IOANNES ZEISOLDVS

Liber de Natura Seminis, traduci non-traduci ſubjunctus. In quo illa potiſſimum Controverſia, an Semen actu animatum ſit, ventilatur, & negativa ex affirmantium hypotheſibus atque conceſſis probatur, ad eorumque objecta reſpondetur. Ienæ, apud Caſp. Freyſchmidium, 1649, in 8.

IOANNES ZINCKIVS

De Criſibus commentarius. In quo de natura, proprietate, differentiis, ſpeciebus, utilitate, atque neceſſitate Criſeωn, & dierum criticorum; eorumque artificio; judicio, calculo, atque prognoſtico, ex motu Lunæ, cœlique aſpectibus cognoſcendo, agitur. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1609, in 12.

IOANNES ZOMERIVS

Conſilia quædam extant de Arthritide eo in opere, quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592, in 8.

IOANNES ZOZOMENVS

Fragmentum. Galeni Comment. in II lib. Epidem. Hippocratis Latine reddidit.

IOANNES ZWELFER

Pharmacopœia Auguſtana, & ejus Mantiſſa, cum Animadverſionibus. Viennæ, 1652, in fol. Annexa ejuſdem Autoris Pharmacopœia Regia. Noribergæ, 1657, in fol. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1653, in 8.

Appendix ad Animadverſiones ſuas, & Pharmacopœiam, ſeu Diſpenſatorium novum, in qua obſcura explicantur, & notis perſpicuis illuſtrantur. Nova inſuper, & ſecretiora Remedia adjiciuntur. Noribergæ, 1657, in fol. Goudæ, apud Guilhelmum van der Hoeve, 1658, in 8.

IOANNITIVS, *alias ab Humain*

Galeni, De motibus manifeſtis & obſcuris, ex Græco in Arabicum tranſtulit: Item, De Clyſteribus & Colica.

IODO-

Iodocvs Grevervs

Secretum & Alani Philoſophi dicta de Lapide Philoſophico. Item alia nonnulla ejuſdem materiæ, pleraque jam primum edita à Iuſto à Balbian. Lugduni Batav. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Iodocvs Harchivs, *Montenſis*

De Cauſis contemptæ Medicinæ, lib. unus. Leodii, apud Gualtherum Morberium, 1567, in 8.

Enchiridion medicum, ſimplicium pharmacorum, quæ in uſu ſunt, nomenclaturam, hiſtoriam, facultatem, & uſum eleganti Poëmate comprehendens. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

Iodocvs Lommivs, *Buranus*

Medicinalium obſervationum libri tres. Quibus notæ morborum omnium, & quæ de his poſſunt haberi præſagia judiciaque proponuntur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1560, apud Guil. Sylvium, 1563, in 8. Francofurt. apud Ioa. Davidem Zumerum, 1643, in 8.

Commentarii de Sanitate tuenda, in primum librum de Re medica Aurelii Cornelii Celſi Medicorum Romanorum longe principis. Lovanii, apud Anton. Mariam Bergagne, 1558, in 8.

De curandis Febribus continuis liber, in quatuor diviſus ſectiones, quarum ſingulæ ſingulorum morbi temporum quæ totidem quoque ſunt numero remedia continent. Antverpiæ, apud Gulielmum Sylvium, 1563, in 8.

Iodocvs Willichivs, *Reſellianus Boruſſus, ex Diœceſi Varienſi Epiſcopi, ſive Heylpergenſis, Artium & Medicinæ exercitatiſſimus Doctor, & Profeſſor. Hippocratis Interpres fideliſſimus. Docuit in Academia Francophordiana annos 37. Scribendo magnam authoritatem & gratiam ſibi comparavit. Extinctus eſt Apoplexia fortiſſima A.C. 1552, ætatis 51. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Ars Magirica, hoc eſt, Coquinaria, de cibariis, ferculis, obſoniis, alimentis & potibus diverſis parandis, eorumque facultatibus. Huic accedit Iacobi Bifrontis Rhæti de Operibus Lactariis Epiſtola. Tiguri, apud Iac. Geſnerum, 1563, in 8.

Vrinarum probationes, illuſtratæ Scholiis medicis Hieronymi Reuſneri Leorini: in quibus principia ſolidæ Vroſcopiæ, ad ſolidæ Philoſophiæ fontes revocantur, multique Medicorum errores deteguntur, cum variis matularum delineationibus, & remediis ex urina deſumtis. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1582, in 8.

Obſervationes Medicæ in libellum Lactantii Firmiani, qui de Opificio Dei inſcribitur. Item Hippocratis libellus de Genitura. Iod. Willichio interprete. Francof. ad Oderam, 1542, in 8.

Problemata de Ebriorum Affectionibus, & moribus. Francof. apud Ioan. Hanaw, 1543, in 8.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere, quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Commentarius Anatomicus, ſeu, Diligens omnium partium Corporis Humani enumeratio. Item, Dialogus, de Locuſtis. Argentorati, apud Cratonem Mylium, 1544, in 8.

Collectanea decerpta ex magno opere abſconditorum ſapientiæ Ioſephi del Medici Cretenſis. Francofurti, apud Schleich, 1636, in 4.

De locuſtis dialogus. Ibid. 1544, in 8.

IOLA HIERO, *Tarantinus*

Epiphanii, de XII Gemmis, quæ extant in Veſte Aaronis, Latine expoſuit.

IORDANVS BRVNVS, *Nolanus*

De Specierum ſcrutinio & lampade combinatoria Raymundi Lullii Doctoris Heremitæ omniſcii & prope divini. Pragæ, apud Georg. Nigrium, 1588, in 8.

IOSEPHVS de AROMATARIIS, *Aſſiſinas*

Diſputatio de Rabie contagioſa. Cui præpoſita eſt Epiſtola de Generatione Plantarum ex ſeminibus, qua detegitur in vocatis ſeminibus contineri plantas vere confirmatas, ut dicunt, actu. Venetiis, apud Iac. Sarcinam, 1625, in 4. Francof. apud Guolphgangum Hofmannum, 1626, in 4.

IOSEPHVS BVA

Tripus Delphicus. Neapoli, apud Scorrigium, 1635, in 4.

IOSEPHVS CASTALIO

De frigido & calido potu. Romæ, 1607, in 4.

IOSEPHVS à COSTA

De rebus novi orbis. Matriti, 1610, in 4.

IOSEPHVS DONZELLIVS, *Medicus Neapolitanus*

Liber de Opobalſamo, additio Apologetica ad ſuam de Opobalſamo Orientali Synopſin. Neapoli, 1640.

IOSEPHVS GRVNBECKIVS, *Medicus & Secretarius Regis magni pretii. Vixit A. C. 1503. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Mentulagra, ſeu morbo regio liber. Venetiis, apud Scotum, 1503, in 4.

IOSEPHVS LAVTENBACHIVS

Conſilia Medicinalia Præſtantiſſimorum Italiæ Medicorum; tum ſeorſim Antonii Mariæ Venuſti Tergeſtinorum Med. De graviſſimis Humani corporis malis curandis. Francofurti, apud Ioannem Sartorium, 1605, in 4.

IOSEPHVS MICHELIVS, *Lucenſis*

Apologia Chymica adverſus invectivas Andreæ Libavii calumnias. Middelburgi, apud Richardum Schilders, 1597, in 8.

IOSEPHVS MILIVS, *Voltolinas*

De Hortorum cultura libri tres. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1574, in 8.

IOSEPHVS PHAVORINVS à CLAVARIIS, *Fabrianenſis*

Medicarum Exercitationum liber. In quo φυσιολογικὴ, παθολογικὴ, ac θεραπευτικὴ, inter alias ſummas Medicinæ partes explanantur; Res ſcil. Naturales, & præter naturam, una cum recta eiſdem occurrendi Methodo, juxta Principum Medicorum ſententiam, enodata veritate diſcutitur. Camerini, apud Franc. Iojoſum, 1599, in 4.

Synopſis de Hominis exellentia, varia, & multiplici doctrina, lectione, & eruditione referta, Philoſophica, Medica, & Chriſtiana. Pars prima,

ma, in qua explicantur quatuor Naturæ gradus eorum omnium quæ ſunt, vegetant, ſentiunt, & intelligunt; eorundemque cum homine facta comparatione decernitur in eſſentia, vita, ſenſu, & intellectu ſolum hominem excellentiſſimum eſſe, nihilque in Lapidibus, Plantis, Animalibus, & Mundo reperiri, quod in eo non ſit præſtantius, ſublimius, excellentius. Peruſiæ, apud Petruccios, 1606, 1607, in fol.

IOSEPHVS POMIVS, *Siculus*

De curandis Febribus putridis ars medica. Panormi, apud Ioan. Anton. Franciſcium, 1603, in 4.

Quando in Febribus putridis medicandum, Quæſtio Medica ad Hipp. & Galeni mentem examinata. Ibidem, 1605, in 4.

IOSEPHVS QVERCETANVS, *Armeniacus*

De Priſcorum Philoſophorum veræ Medicinæ materia, præparationis modo, atque in curandis morbis præſtantia. Deque ſimplicium, & rerum ſignaturis tum externis, tum internis, ſeu ſpecificis, à priſcis & Hermeticis Philoſophis multa cura, ſingularique induſtria comparatis, atque introductis, duo tractatus. His acceſſerunt de Dogmaticorum Medicorum legitima, & reſtituta medicamentorum præparatione, libri duo. Itemque ſelecta quædam conſilia Medica. S.Gervaſii, apud hæredes Euſt. Vignon, 1603, in 8. Sub finem annectuntur Conſilia quatuor. I, De Arthritide & morbo ei affini, Calculo. II, De Nephritide. III, De Lue Venerea. IV, Pro Virgine morbo in immenſum complicato laborante. Genevæ, apud Ioh. Vignon, 1609, in 8.

Tetras graviſſimorum totius capitis affectuum; ex doctiſſ. Medicorum, tum Dogmaticorum, tum Hermeticorum, aſſiduis vigiliis, & accurata Theoriæ & Praxis obſervatione elucubrata, &c. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1608, 1609, 1617, in 8.

Peſtis Alexicacus, ſive Luis peſtiferæ fuga, auxiliaribus ſelectorum utriuſque Medicinæ remediorum copiis procurata. Pariſiis, apud Claud. Morellum, 1608. Ibidem, 1624, in 4. Lipſiæ, apud Barthol. Voight, 1609, & 1615, in 8.

Sclopetarius, ſive de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus acciderunt, liber. Lugduni, apud Ioan. Lertout, 1576, 1600, in 8.

Pharmacopœa Dogmaticorum reſtituta, precioſis ſelectiſque Hermeticorum floribus illuſtrata. Gieſſæ Haſſorum, 1607, in 8. Pariſiis, apud Claudium Morellum, eodem anno in 4. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Francof. apud Io. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4. Venetiis, apud Iacob. de Franciſcis, 1614, in 4. Addita eſt huic editioni de Spagyrica mineralium, animalium, & vegetabilium, præparatione, & uſu tractatio. Genevæ, apud Petrum Choüet, 1628, in 8.

Diæteticon Polyhiſtoricon, opus utique varium, magnæ utilitatis, ac delectationis, quod multa Hiſtorica, Philoſophica, & Medica, tam conſervandæ ſanitati, quam variis curandis morbis valde neceſſaria contineat. Pariſiis, 1606, in 8. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Ibidem, 1615, in 8. Francof. apud Io. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4.

Ad Iacobi Auberti Vindonis de Ortu & cauſis metallorum contra

Chymicos Explicationem brevis Reſponſio. Ejuſdem de Exquiſita Mineralium, Animalium & Vegetabilium medicamentorum Spagyrica præparatione & uſu, perſpicua Tractatio. Lugduni, apud Ioan. Lertoutium, 1576, 1600, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ad veritatem Hermeticæ Medicinæ ex Hippocratis veterumque decretis ac Therapeuſi, nec non vivæ rerum anatomiæ exegeſi, ipſiuſque naturæ luce ſtabiliendam, adverſus cujuſdam Anonymi Phantaſmata Reſponſio. Lutetiæ, apud Claudium Morellum, 1603, 1604, in 8. Francof. apud Wolffgangum Richterum, 1605, in 8.

Ad brevem Riolani excurſum brevis incurſio. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1605, in 8.

Opera Medica: ſcilicet, ad Iac. Auberti Vindonis de Ortu & cauſis metallorum contra Chymicos explicationem brevis Reſponſio. De exquiſita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium medicamentorum ſpagyrica præparatione & uſu, perſpicua tractatio, Sclopetarius, ſive de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus acciderunt liber. Antidotarium Spagyricum adverſus eoſdem ictus. Lugduni, apud Ioan. Lertout, 1600, in 8. Lipſiæ, apud Thom. Schurerum, 1614, in 8.

IOSEPHVS SCALIGER, *Iul. Cæſ. Fil.*

Caſtigationum in Hippocratis libellum de Vulneribus Capitis explicatio. Extat cum Franc. Vertuniani Commentario in eundem. Lutetiæ, apud Mamertum Patiſſonium, 1578, in 8.

Aſtrampſychi, Oneirocriticon, ſive Somniorum interpretatio digeſtum & caſtigatum, Græce & Latine. Pariſiis, 1599, in 8.

IOSEPHVS STRVTHIVS, *Poſnanienſis Polonus*

Ars Sphygmica, ſeu Pulſuum doctrina ſupra MCC annos perdita, & deſiderata, omnibus tamen Medicinam cum nominis celebritate, maximaque utilitate facere volentibus ſumme neceſſaria, lib. V conſcripta. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 8. apud Ludovicum König, 1602, in 8. Huic acceſſit Hier. Capivaccei de Pulſibus elegans tractatus: & Caſpari Bauhini Introductio Pulſuum Synopſin continens.

Galeni lib. III. de Criſibus interpretatus eſt.

IOSEPHVS STVBENDORFIVS

Obſervationes ad librum de Scorbuto Severini Eugaleni. Lipſiæ, apud Conradum Voigtum, 1604, in 8. Ienæ, 1624, in 8.

IOSEPHVS TECTANDER, *Cracovienſis*

Galeni adverſus Eraſiſtratum, & Eraſiſtrateos, qui Romæ degebant, libros Latine interpretatus eſt.

IOSEPHVS VALDANIVS, *Veronenſis*

De Theriacæ uſu in Febribus peſtilentibus libellus. Brixiæ, apud Vinc. Sabienſem, 1570, in 4.

De Theriacæ uſu in Febribus peſtilentibus liber ſecundus. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1571, in 8.

De Miſtione Dialogi duo. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Duæ Quæſtiones Medicæ. Patavii, 1567, in 8.

IOSIAS SIMLERVS

Vita Clariſſ. Phil. ac Med. Conradi Geſneri Tigurini. Item Epiſtola Geſneri de libris à ſe editis. Et carmina complura in obitum ejus conſcripta. His acceſſit Caſparis Wolphii Hypocheſis, ſive de Conr. Geſneri ſtirpium hiſtoria ad Ioan. Cratonem S. Cæſ. Maj. Med. pollicitatio. Tiguri, apud Froſchoverum, 1566, in 4.

Vocabula rei nummariæ, ponderum, & menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, Arabica: ex diverſis Authoribus collecta, & in ordinem Alphabeticum diſpoſita. Extant cum Dom. Maſſarii de Ponderibus & Menſuris medicinalibus libris, à Gaſparo Wolphio editis, Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8.

Epitome Bibliothecæ Conradi Geſneri, conſcripta primum ab Conrado Lycoſthene, nunc denuo recognita & plus quam bis mille Authorum acceſſionibus locupletata. Tiguri, 1555, in fol.

IOSTRERIVS de IOSTRERIIS, *Baſſanenſis*

Admirationes Medicæ ex Doctrina Galeni, nec non & aliorum auctorum; ſcilicet de Vſu veſicantium promiſcue in morbis omnibus: de Cucurbitulis affigendis importune: de Venæſectionis omiſſione: de Purgatione incongrua: de Victus ratione monſtroſa. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1596, in 4.

IOSVEL ABRECH, *Hunnæus*

'Ονειροκρίτης liber novus, mirificus, & eruditione refertus, omnibuſque iis, qui præſertim Medicinæ vel Philoſophiæ, adeoque ipſi ſapientiæ Theologicæ, vel ſaltem pietati ac timori Dei, ipſiuſque cognitioni ſtudent, perquam utilis. In quo, videlicet, omne genus imagines cerebro dormientium conceptæ evolvuntur, haudquaquam futili, ſed genuina ac vera, partimque ex arcanarum Scripturarum fontibus hauſta, partim vero ex veterum probatiſſimorumque Medicorum vel Philoſophorum ſcriptis deprompta, partim denique ſagaci atque omnino fida ipſius autoris exegeſi. Cum præfixa inſtructione de variis ſomniorum generibus, eorundemque definitionibus, cauſis ac circumſtantiis, ſimulque de legitima ipſa interpretationum ratione. Tremoniæ, apud Arnoldum Weſthovium, 1607, in 8.

IOVITA RAPITIVS

De Balneis, ſeu Thermis quæ ad Timavi oſtia ſunt. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 307.

IRENÆVS AGNOSTVS

Vindiciæ Rhodoſtauroticæ. 1619, in 8.

ISAAC *Iſraëlita, Salomonis Arabiæ Regis Filius adoptivus. Vixit A. C. 660. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iuſtum in Chronol. Medic. Vixit A. C. circiter* 1158.

Omnia opera in hoc volumine contenta: cum quibuſdam aliis opuſculis: ſcilicet,

Lib. de Definitionibus.
Lib. de Elementis.
Lib. Diætarum univerſalium: cum Commento Petri Hiſpani.
Lib. Diætarum particularium: cum Commento ejuſdem.
Lib. de Vrinis: cum Commento ejuſdem.
Lib. de Febribus.
Pantechni decem lib. Theorices: & decem

decem Practices : cum tractatu de Gradibus Medicinarum Conſtantini.
Viaticum Iſaac, quod Conſtantinus ſibi attribuit.
Lib. de Oculis Conſtantini.
Lib. de Stomacho Conſtantini.
Lib. virtutum de ſimplici medicina Conſtantini.
Compendium megatechni Galeni à Conſtantino compoſitum.
Lib. de Oblivione Conſtantini. Cum tabula & repertorio omnium operum & quæſtionum in commentis contentarum. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1515, in fol.

De Diætis univerſalibus & particularibus libri II, hoc eſt, De victus ſalubris ratione, & alimentorum facultatibus, quinque Tractatus. Superiori ſæculo ex Arabica lingua in Latinam converſi, nunc vero opera Ioannis Poſthii Germersheimii ſedulo caſtigati, & in lucem editi. Baſileæ, apud Sixtum Henric-Petri, 1571, in 4, 1577, in 8. Antverpiæ, apud Belletum, 1607, 1608, in 8.

De Febribus liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 118, 130.

ISAACVS CASAVBONVS

Animadverſionum in Athenæi Dipnoſophiſtas libri XV. Opus præclarum, quo non ſolum Athenæi libri quindecim τῷ πάνυ recenſentur, illuſtrantur, emendantur : verum etiam multorum aliorum ſcriptorum loci multi qua explicantur, qua corriguntur. Heidelbergæ, apud Commelinum, 1597, in fol. apud Chouëtum, 1600, in fol. Lugduni, apud Viduam Ant. de Harſy, & Petrum Ravaud, 1621, in fol.

ISAACVS CATTIER, *Pariſienſis*

De Rheumatiſmo Diſſertatio. De ejus natura & curatione. Simul ex occaſione, de natura Doloris, intricatiſſima perſpicue enodantur, novisque obſervationibus illuſtrantur. Pariſiis, apud Viduam Petit, 1653, in 8.

ISAACVS IOVBERTVS

Interpretatio dictionum D. Guidonis de Cauliaco, cum figuris inſtrumentorum Chirurgicorum in ejus opere memoratorum : mutuatis ut plurimum ex operibus Domini Paræi. Extat cum Chirurgia magna Guidonis à patre Laur. Iouberto reſtituta. Lugduni, apud Symph. Beraud, & Steph. Michaëlem, 1585, in 8.

ISAACVS SCHALLER

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Francof, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4. & in illo volumine quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ISBRANDVS de DIEMERBROECK, *Montfurto-Trajectinus*

De Peſte, libri quatuor. Arenaci, apud Ioa. Iacobi, 1646, in 4.

ISOARDVS GVIGONIVS

Autopſiomma : cum ejuſdem Oculi actionibus, & utilitatibus. Taurini, apud FF. de Cavaleriis, 1629, in 4.

ISMAEL BVLLIALDVS, *Iuliodumenſis*

De Natura Lucis. Pariſiis, apud Ludov. de Heuqueville, 1638, in 8.

ISRAEL HARVETVS, *Aurelianenſis*

Demonſtratio veritatis doctrinæ Chymicæ. Adverſus Ioa. Riolani Com-

Comparationem veteris Medicinæ cum nova, Hippocraticæ cum Hermetica, Dogmaticæ cum Spagyrica. Hanoviæ, apud Claud. Marnium, 1605, in 8.

ISRAEL SPACHIVS, *Argentinenſis*

Nomenclator Scriptorum Græcorum, Arabum, Latinorum Veterum & recentium Medicorum: hoc eſt, Elenchus eorum, qui artem Medicam ſuis ſcriptis illuſtrarunt, ſecundum locos communes ipſius Medicinæ. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1591, in 8. Cum Imaginibus neceſſariis. Argentinæ, apud Lazarum Zetznerum, 1597, in fol.

Gynæciorum libri, additis, de iiſdem, aliorum, quotquot extant, libris, denuo recogniti, emendati, neceſſariis imaginibus exornati, & optimorum ſcriptorum auctoritatibus illuſtrati. Argentinæ, apud Lazar. Zetznerum, 1597, in fol.

Continentur autem ſequentes Autores:

1. Felicis Plateri, de Mulierum Partibus Generationi dicatis.
2. Moſchionis, de Paſſionibus muliebribus.
3. Cleopatræ Moſchionis Priſciani, & incerti cujuſdam muliebrium libri, in unam Harmoniam redacti per Gaſparum Wolffium.
4. Trotulæ, ſeu Protis Medici Liberti Iuliæ liber.
5. Nicolai Rochei, de Morbis mulierum curandis.
6. Ludovici Bonaccioli Enneas muliebris.
7. Iac. Sylvii, de Menſibus muliebribus.
8. Ioh. Ruffi, de Conceptu & Generatione Hominis.
9. Hieron. Mercurialis de Morbis muliebribus.
10. Ioan. Baptiſt. Montani, de Affectibus uterinis.
11. Vict. Trincavellii Conſilia muliebria.
12. Alberti Bottoni, de Morbis muliebribus.
13. Ioan. le Bon Therapia Puerperarum.
14. Ambroſ. Paræi de Hominis generatione.
15. Albucaſis de Morbis muliebribus.
16. Franciſci Rouſſeti de Partu Cæſario.
17. Lithopedii Senonenſis Icon.
18. Gaſpar. Bauhini de Partu Cæſario.
19. Mauric. Cordæi Commentarii, in lib. priorem Hippocr. de muliebribus.
20. Martini Akakiæ de Morbis muliebribus.
21. Ludov. Mercati Gynæciorum lib. IV.

Hiſtoria Aromatum, fructuum & ſimplicium aliquot Medicamentorum ex India utraque orientali & occidentali in Europam delatorum. Argentinæ, 1601, in 8.

Themata Medica de Animæ facultatibus. Argentorati, 1591, in 4.

IVLIVS ab ÆTSEMA, *Friſius*

Tractatus de Peſte. Hanoviæ, 1611, in 8.

IVLIVS ALEXANDRINVS, *à Neuſtain, Præſtantiſſimus Medicus. Vixit circa A. C. 1556. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Medicina, & Medico, Dialogus, libris quinque diſtinctus. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1557, in 4.

Salubrium, ſive de ſanitate tuenda, libri triginta tres. Coloniæ, apud Gervinum Colenium, 1575, in fol.

In Galeni præcipua ſcripta Annotationes, quæ Commentariorum loco eſſe poſſunt. Acceſſit trita illa de Theriaca quæſtio. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in fol.

Pædotrophia, Carmine. Tiguri, apud Froſchoverum, 1559, in 8.

Antargenterica pro Galeno. Venetiis, apud Zalberium, 1552, in 4.

Antargentericorum ſuorum adverſus Galeni calumniatores defenſio. Venetiis, apud Zalberium, 1564, in 4.

Epiſtola Apologetica ad Remb. Dodonæum. Francof. apud Wechelos, 1584, in 8.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum de Animadverſionibus quibuſdam in Galenum: De expurgatione vomicæ pulmonis: De Autore libri, de Theriaca ad Piſonem. Extat lib. I Epiſt. Matth. pag. 20.

Epiſtola ad Andream Camutium, qua agitur de quatuor dubiis: I, An in intermittente tertiana altera die ſanguis mittendus. II, An ſanguis in bilioſo maxime abundet. III, An in declinatione ratione imminentis alterius morbi, mori quis poſſit. IV, An piper ad jecur perveniat. Extant cum Andr. Camutii Excuſſione præcipui morbi nempe Cordis palpitationis Maximiliani II, Cæſaris. Florentiæ, apud Georg. Mareſcottum, 1580, in 4.

Enantiomatωn ſexaginta quatuor Galeni liber. Item Galeni Encomium. Venetiis, apud Zalberium, 1548, in 8.

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Interpretatio Actuarii Iohannis, de Affectionibus, & Actionibus Spiritus Animalis. Extat cum ejuſdem lib. VI Methodi medendi, quos edidit Conr. Henr. Matthiſius. Venetiis, 1554, in 4.

IULIUS CÆSAR ARANTIUS, *Bononienſis*

De Humano Fœtu liber. Ejuſdem Anatomicarum Obſervationum liber. Ac de Tumoribus ſecundum locos affectos liber. Venetiis, apud Barthol. Carampellum, 1595, in 4. apud Iac. Brechtanum, 1587, in 4. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1579, in 8. de Humano fœtu liber, opera Laur. Scholzii ſeorſim prodiit.

In Hippocratis librum de Vulneribus capitis Commentarius brevis, ex ejuſdem lectionibus collectus, per Claudium Porralium Lugdunenſem, una cum ejuſdem Annotatiunculis marginalibus. Lugduni, apud Ludov. Cloquemin, 1580, in 8. Lugd. Batav. apud Ioan. Maire, 1639, in 12. & 1641, in 12.

Conſilia & Epiſtolæ Medicæ extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

IULIUS CÆSAR BARICELLUS, *à S. Marco*

De Hydronoſa Natura, ſive ſudore humani corporis libri quatuor. In quibus non ſolum de origine, differentiis, & præſagio: verum atque de uſu, apparatu, & curatione ſudorum diſſeritur. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1614, in 4.

Hortulus genialis: ſive Arcanorum valde admirabilium tam in arte Medica, quam reliqua Philoſophia, Compendium, curioſis Naturæ ſcrutatoribus lectu tam utile, quam jucundum. Coloniæ, apud Matth. Smitz, 1620,

1620. in 12. Genevæ, apud Philippum Albert, 1620, in 16. huic editioni acceſſit Arnoldi Freitagii liber de Eſculentorum potulentorumque facultatibus.

De lactis, ſeri & butyri facultatibus & uſu opuſcula cum jucunda tum utilia. In quibus plæraque præter Medicorum communium opinionem notatu digna examinantur. Acceſſit in fine de Chymico butyro non inutilis conventus. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1603, 1623, in 4.

IVLIVS CÆSAR BENEDICTVS, *à Guelfalione Aquilanus*

De Pepaſmo, ſeu Coctione Quæſtiones ad mentem Hippocratis. Aquilæ, apud Franc. Marinum, 1636, in 8.

Conſultationum medicinalium opus utile, jucundum, neceſſarium, Medicorum principum tutela, Dogmatum varietate, & ordinata morborum omnium curatione. Venetiis, apud Bertanos, 1650, in 4.

Epiſtolarum medicinalium libri decem, recondita Hippocratis doctrina ſingularique Eruditione referti. Opus non minus Theoriæ quam Praxi neceſſarium. Romæ, apud Andr. Phæum, 1649, in 4.

De loco in Pleuritide, Romæ, 1644, in 8.

IVLIVS CÆSAR BVLENGERVS

De Conviviis libri quatuor. Lugduni, apud Ludov. Proſt, 1627, in 8.

De pictura, plaſtice, ſtatuaria. Lugduni, 1627, in 8.

De Ludis privatis ac domeſticis Veterum. Ibidem, 1627, in 8.

IVLIVS CÆSAR CLAVDINVS, *Bononienſis*

Quæſtio de Sede facultatum principum. Baſileæ, apud Ioa. Iac. Genathium, 1617, in 4. Pariſiis, apud Gaſp. Meturas, 1647, in 4. cum Auguſt. Buccii Diſput. de Princ. part. & ἱστορίᾳ Gaſp. Hoffmanni.

De Ingreſſu ad infirmos libri duo. In quibus Medici omne, ex tempore Medicinam facturi munus, ſive per ſe curet, ſive cum aliis de curando conſultet, accuratiſſime, tanquam in tabula, delineatum continetur. Acceſſit Appendix de Remediis generoſioribus. Adjecta eſt coronidis loco Quæſtio Philoſophico-Medica de ſede principum facultatum. Bononiæ, apud Ioan. Bapt. Bellagambam, 1612, in 4. & addito tractatu de Criſibus & Diebus criticis. Venetiis, apud Donatum Paſquardum, 1628, in 4. Baſileæ, apud Ioh. Iac. Genathium, 1641, in 8.

Tractatus de Natura & uſu Lactis & Seri. Thermarum. Lutorum. Fovearum. Stuffarum. Guajaci ligni. Saſſafras. Salſæ Parilliæ. Chinæ radicis. Vini medicati. Chalybis. Stillicidiorum. Balnei aquæ dulcis tepidi. Medicamentorum ex Viperis. Collegit hos Ioſephus Lautenbachius, ediditque cum Conſiliis Medicinalibus præſtantiſſ. Italiæ Medicorum, & Antonii Mariæ Venuſti. Francofurti, apud Wolfgangum Richterum, 1605, in 4.

Reſponſionum & Conſultationum medicinalium tomus. Venetiis, apud Societatem, 1606, in fol. Francof. apud Lazar. Zetznerum, 1607, in 8. Venetiis, apud Societatem, 1607, in fol. apud Bertanos, 1646, in 4. cui addita eſt Exercitatio de Vltimo corporis alimento Florii Bernardi.

De Criſibus & Diebus Criticis tractatus: in quo cum de cæteris omni-

omnibus, quæ ad horum pertinent cognitionem, tum de cauſis præcipue, accurate juxta, & ordine diſſeritur. Bononiæ, apud Barthol. Cochium, 1612, in fol. Baſileæ, apud Ioa. Iac. Genathium, 1620, in 8.

De Catarrho tractatus. In quo, quæcunque ad mali hujus, ſive cognitionem, ſive curationem pertinent, exacte juxta, & breviter enodantur. Bononiæ, apud Victorium Benatium, 1612, in fol.

Conſilium de Gonagra & Podagra, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 319.

Empirica rationalis libris ſex abſoluta, & in duo volumina diviſa. In quorum primo univerſi Corporis humani Affectus, penes totum, & partes: in altero vero penes ſpeciem, individuum, ætates, cauſas manifeſtas, reconditasque ſive Practicis omnibus noti, aut prolapſi, ſive novi & peregrini, rationabiliter, & abſolutiſſime curantur. Cui, ut faciliori negotio Medicinam facientes, quicquid in Opere continetur, inveniant, præter annotationes in margine, geminus acceſſit Index Io. Caroli Matheſiani. Bononiæ, apud Iacob. Montium, 1653, in fol.

Quæſtio de ſede facultatum principum, extat cum Caſpari Hoffmanni opuſculis Medicis. Pariſiis, 1647, in 4.

IULIUS CÆSAR RECUPITUS

De incendio Veſuviano Nuntius. Neapoli, 1633, in 8.

IULIUS CÆSAR SCALIGER, *Doctrina illud Dæmonium. Floruit A. C. 1538. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Commentarii in Hippocratis librum de Inſomniis: adjecto textu Latine, ab eodem converſo. Lugduni, apud Gryphium, 1538, in fol. apud Antonium Vincentium, 1561, in fol. cum libris Poëtices. Gieſſæ, apud Chemlinum, 1610, in 8. Amſtelædami, apud Ioan. Ravenſtein, 1659, in 12.

Commentarii, & Animadverſiones in ſex libros de Cauſis Plantarum Theophraſti. Genevæ, apud Ioan. Criſpinum, 1566, in fol. Lugduni, apud Anton. de Harſy, 1586, in fol.

Animadverſiones in Hiſtorias Theophraſti. Lugduni, apud Ioan. Iac. Iuntæ F. 1584, in 8. Cum Roberti Conſtantini ad eoſdem Annotationibus.

In libros de Plantis Ariſtoteli inſcriptos, Commentarii. Lutetiæ, apud Michaëlem Vaſcoſanum, 1556, in 8. 1619, in fol. Lugduni, apud Gul. Rovillium, 1566, in fol.

Ariſtotelis Hiſtoria de Animalibus. Iul. Cæſ. Scal. interprete, cum ejuſdem Commentariis. Philippus Iacobus Mauſſacus Conſil. Regius ex Bibliotheca paterna opus à multis abhinc annis expetitum primus vulgavit, & reſtituit, additis Prolegomenis & Animadverſionibus. Accedit Fragmentum quod Decimus hiſtoriarum inſcribitur, multo quam antea emendatius & auctius. Toloſæ, apud Raymundum Colomerium, 1619, in fol.

Commentarii in Ariſtotelis librum, qui Decimus hiſtoriarum inſcribitur. Lugduni, apud Ant. de Harſy, 1584, in 8.

De Subtilitate libri viginti unus. Baſil. apud Henricum Petri, 1560, in fol. Lutetiæ, apud Mich. Vaſcoſanum, 1557, in 4. Hanoviæ, 1634, in 8.

Diſpu-

Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, An ſit ſeptimeſtris, an novem menſium? Extat Operum Iacobi Sylvii parte VI. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Choüet, 1630, in fol.

Electa Scaligeræa, hoc eſt, Sententiæ, Præcepta, Definitiones, Axiomata, ex univerſis illius Operibus ſelecta, & per certas Locorum Communium Claſſes diſpoſita. Hanoviæ, apud Wechelianos, 1634.

IVLIVS CÆSAR VANNINVS, *Neapolitanus*

De Admirandis Naturæ, Reginæ, Deæque mortalium arcanis libri quatuor. Lutetiæ Pariſiorum, apud Adrianum Perier, 1616, in 8.

IVLIVS CASSERIVS, *Placentinus*

Pentaſtheſeion, hoc eſt, de Quinque Senſibus Liber, Organorum fabricam variis Iconibus fideliter ære inciſis illuſtratam, nec non actionem & uſum, diſcurſu Anatomico & Philoſophico accurate explicata continens. Venetiis, apud Nicol. Miſſerinum, 1609, in regali fol. Francof. apud hæredes Baſſæi, 1609, 1610, 1622, in fol.

De Vocis Audituſque Organis Hiſtoria Anatomica, ſingulari fide, Methodo, ac induſtria concinnata, tractatibus duobus explicata, ac variis Iconibus ære excuſis illuſtrata. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1600, in regali fol. Venetiis, 1601, in fol.

Tabulæ Anatomicæ LXXVIII, omnes novæ nec antehac viſæ. Daniel Bucretius Vratiſlavienſis, XX, quæ deerant ſupplevit, & omnium explicationes addidit. Venetiis, apud Euangeliſtam Deuchinum, 1627, in fol. cum Adriani Spiegelii Anatomia. Francof. apud Matthæum Merianum, 1633, in 4.

IVLIVS CINVS, *Colenſis*

Epiſtola Apologetica contra Vincentium Cibum Fulginatem Medicum Clariſſ. De Erroribus in cura Tertianæ commiſſis, unde æger mortuus eſt. Extat tomo I Epiſtol. Horatii Augenii, lib. IX, Epiſt. II, pag. 209, edit. Francofurtenſis.

IVLIVS CLEMENS, *Scotus*

Opuſcula aliquot. Patavii, 1650, in 4.

IVLIVS DELPHINVS, *Ticinenſis*

In III Galeni artis Medicinalis librum Explanatio. Ejuſdem de ratione medicamentorum præſcribendorum liber. Venetiis, apud Ioa. Franc. Camotium, 1557, in 4.

Quæſtiones medicinales. Quarum I, De Thermarum uſu. II, De Cauteriis. III, De quatuor morborum temporibus. IV, Quonam pacto trahatur humor à medicamento, & nutrimentum à membro. V, De Febri hectica. VI, De Spiritibus. VII, De Influxibus cæleſtibus. VIII, De Facultatibus principibus animæ. Venetiis, apud Ioan. Franc. Camotium, 1559, in 8.

Conſilium quod una cum Ioan. Andrea Cellanova, & Bernardino Paterno illuſtriſſ. viro Ferdinando Gonzagæ de Luto, quod eſt apud aquas Statiellorum, Aquenſes vulgo nominant, dedit. Extat pag. 303 Operis Veneti de Balneis.

IVLIVS GVASTAVINVS, *Genuenſis Patritius, Anteceſſor in Piſano Gymnaſio. Vixit A. C. 1614. Renatus Moreau de V. S. in Fleurit.*

Locorum de Medicina ſelectorum liber. Lugd. apud Horat. Cardon, 1616, in 4.

Loco.

Locorum de Medicina ſelectorum liber alter. Florentiæ, apud Sermartellium, 1625, in 4.

Commentarii in priores decem Ariſtotelis Problematum ſectiones. Lugduni, apud Horat. Cardon, 1608, in fol.

IVLIVS IASOLINVS

Quæſtiones Anatomicæ & Oſteologia parva. Hanoviæ, 1654, in 4.

IVLIVS MANTINVS

Hieron. Mercurialis, De Decoratione Librum, in capita redactum, edidit.

IVLIVS MARTIANVS, *Rota*

Galeni: An ſanguis in Arteriis natura contineatur, interpretatus eſt. Item, De Prœcognitione librum ad Poſthumum. De ſubſtitutis Medicinis. De Purgantium medicamentorum facultate, lib. Quos purgare conveniat, Quibus medicamentis, & Quo tempore. De Theriaca ad Piſonem. De Uſu Theriacæ ad Pamphilianum. De Antidotis lib. II. Commentaria in VII lib. Aphoriſmorum Hippocratis. De Hiſtoria Philoſophica. De Melancholia, ex Galeno, Ruffo, & Poſidonio, caput nonum libri ſexti Aëtii interpretatus eſt.

IVLIVS MILLVS

Arcana Opera Naturæ. Venetiis, 1654, in 4.

IVLIVS PALAMEDES, *Adrienſis*

Index in Avicennæ libros nuper Venetiis editos. Qui ſane novo quodam ordine commoditatis & utilitatis pleno, adeo contextus eſt, ut nihil fere melius deſiderari queat. Nam præterquam quod dicta omnia, ſententiaſque auctoris, toto ſparſas opere, per ipſum facile licet intueri, illud etiam animadverſum eſt, ut non tantum Simplicia medicamenta cujus ſint qualitatis, uno intuitu pateant: ſed quæ tum Simplicia, tum Compoſita, ſingulis humani corporis affectibus ſubveniant, diligentiſſime collecta, ſuiſque locis inſerta, conſpiciantur, ut facilimum ſit unicuique ea, quæ in rem ſuam faciunt, ſeligere atque adhibere. Venetiis, apud Iuntas, 1584, in fol.

IVLIVS PALMARIVS, *Conſtantinus*

De Morbis Contagioſis libri ſeptem. Lutetiæ, apud Dionyſ. du Val, 1578, in 4. Francof. apud Claud. Marnium, 1601, in 8.

IVLIVS POLLVX, *Naucratita*

Onomaſticon. Cujus varia capita ad illuſtrandam rem Medicam faciunt. Græce. Venetiis, apud Aldum, 1502, in fol. Florentiæ, apud Bernardum Iuntam, 1520, in fol. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1536, in fol. à Ioanne Oporino diligenter emendatum. Cum præfatione Simonis Grynæi Græcolatina. Ex Mss. codd. Bibliothecarum Palatinæ atque Auguſtanæ; variis item doctorum virorum lucubrationibus quanta fieri potuit diligentia emendatum; ſuppletum quoque nonnullibi, & illuſtratum: adjecta interpretatione Latina Rodolphi Gualtheri, locis quamplurimis melior facta: indices etiam novi prioribus locupletiores; & Notæ. Studio & opera Wolfgangi Seberi Sulani. Francof. apud Claud. Marnium, & hæredes Aubrii, 1608, in 4.

IVLIVS POMPONIVS FORTVNATVS

Interpretatio in Hortum Columellæ. Cui annotationes virorum illu-

illuſtrium, Bapt. Pii, & Phil. Beroaldi, & aliquot aliorum ſunt adjectæ. Extat cum Libris de Re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ, Palladii. Lutetiæ, apud Ioan. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533, in fol.

IVLIVS PAVLVS CRASSVS, *Patavinus*

Mortis repentinæ examen, cum brevi methodo præſagiendi & præcavendi omnes quæ ſubeunt ejus periculum. Mutinæ, 1612, in 8.

Meditationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, ab eo, Bernardino Tauriſano, & Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id ſelectis, accuratiſſime elucubratæ, & ab eodem Collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paul. & Anton. Majetos, 1576, in 4.

Quæſtiones naturales & Medicæ. Extant cum Medicis antiquis Græcis Aretæo, Palladio, Ruffo, Theophilo, ab ſe editis, Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

Aretæi Cappadocis lib. VIII. de Acutorum & Diuturnorum morborum cauſis & ſignis, atque eorundem cautione, in Latinum, ex Græco tranſtulit. Extat inter Medicæ artis Principes. Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1567, in fol.

Galeni de optima Secta ad Thraſybulum interpretatus eſt. Item. De cujuſque animi peccatorum cognitione, atque medela. Item, Ejuſdem lib. ad Thraſybulum: Num Ars tuendæ ſanitatis ad medicinalem, aut Exercitatoriam ſpectet artem. Item, Ejuſdem Commentaria in ſextum Hippocratis Librum de Morbis Popularibus. De Medicinis facile parabilibus, ad Solonem.

Item. Hippocratis: de Purgatoriis Medicamentis Theophili Protoſpatarii lib. V. De Corporis Humani Fabrica Latine interpretatus eſt. Extat cum Ioa. Guintherii Inſtitutionum Anatomicarum lib. IV.

Ruffi Epheſii de corporis humani partium appellationibus tranſtulit. Venetiis, 1552, in 4.

Medicos antiquos Græcos Aretæum, Palladium, Ruffum, Theophilum, partim nunquam, partim antea editos recenſuit, auxit & Latio donavit. Baſileæ apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

IVLIVS RECALCHVS

De Febre Typhode tractatus. Ferrar. 1638, in 8.

IVLIVS TERTIVS

De vita hominis ultra 120. annos protrahenda. Venetiis, in 4.

IVSTVS BALBIAN, *Aloſtanus*

Nova ratio praxeos Medicinæ, lib. III. Venetiis, 1600, in 8.

De lapide Philoſophico tractatus ſeptem, è Vetuſtiſſimo codice deſumpti, & ab infinitis repurgati mendis. Extat cum Toletani Roſario Philoſophorum. Lugdun. Batav. apud Chriſtoph. Raphelenghium, 1599, in 8. & in Volumine tertio Theatri Chemici.

IVSTVS CNVTIVS

Compendium univerſæ Medicinæ juxta doctrinam Hippocratis & Galeni. Vicentiæ, apud Petrum Bertellium, 1608, in 8.

IVSTVS CRAFT, *Wertheimenſis*

De Cardialgia Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

IVSTVS IVNG

Epiſtolæ Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Vermibus latis Epiſtola extat cum Gregorii Horſtii Obſerv. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1625, in 4. pag. 506.

IVSTVS MOLLERVS

Faſciculus remediorum ex Dioſcoride & Matthiolo omnibus humani corporis affectibus methodice accommodatorum. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1579, in 8.

IVSTVS VELSIVS, *Haganus, Medicus & Phyſicus inſignis Argentoratenſis. Vixit circa A.C.* 1545. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Oratio utrum in Medico variarum artium ac ſcientiarum cognitio deſideretur. Item Hippocratis de Inſomniis liber, & Galeni de ea, quæ ex Inſomniis habetur, affectuum dignotione tractatus, à ſe converſi. Varia inſuper lectio Aphoriſmi quinti Hippocratis, & Galeni ad eundem Commentarius. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 4. Ibid. 1543, in 4. Antwerpiæ, 1541, in 8.

IVSTINVS PETZOLDVS

Epiſtola Medica, ad Laurentium Scholzium, qua explicat quid ſit Palma Chriſti; & an Diuretica calculis conveniant. Extat eo in opere quod idem Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 304.

IVVENALIS LEVERONIVS, *Foſſanenſis*

In Aphoriſmos Hippocratis Lucubrationes. Montis-regii, apud Leonardum Torrentinum, 1565, in 4.

IVVENIS

Lumen novum, id eſt, Tractatus in quo nominat lapidem Philoſophicum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

K.

KAMINTVS, *Epiſcopus Aruſienſis civitatis regni Daciæ*,

Regimen contra peſtilentiam ſive Epidemiam. in 4.

Regimen ſanitatis per circulum anni valde utile. in 4.

KIKANVS, *Rex Perſarum*

Kivanides ſive de viribus medicamentorum. Lipſiæ, 1638, in 8.

L.

LACTANTIVS EVGENIVS, *Montis-Fanenſis*

De Maris, & Fœmellæ generatione, Opuſculum. Anconæ, apud Aſtulphum de Grandis, 1568, in 8.

LAMBERTVS VELTHVSIVS, *Vltrajectinus*

Tractatus duo, Medico-Phyſici. Vnus de Liene: alter de Generatione. Trajecti ad Rhenum, apud Theod. ab Ackerſdijck & Gisb. à Zyll, 1657, in 12.

LÆLIVS à FONTE, *Eugubinus*

Conſultationes medicinales, in quibus vera, vivaque conſultandi effigies elucet, plurimorumque difficilium, & notatu dignorum affectuum Agnitio, Tractandique ratio docte artificioſeque explicatur. Ejuſdem Diſputationes duæ ſuccinctæ ſimul, & accuratæ: Vna de modo Viſionis; altera de Veſicantium uſu. Venetiis, apud Ioh. Guerilium, 1608, in fol. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1609, in 8.

LÆLIVS ZACCAGNINVS, *Romanus*

Notabilium Medicinæ libri duo. Primus agit de Vitæ humanæ longitudine ac brevitate, etiam quoad Aſtrologos incerta; & an arcanis Medicinæ remediis poſſit prorogari? nec non de hodiernis & antiquis hominum complexionibus, ac de morbis evitandis in virtute ſex rerum non-naturalium. Secundus inſcribitur adverſus eos, qui præter duos in homine teſtes, tertium quoque dari poſſe opinantur. Dilucidatur item Peripateticorum opinio à Medicorum doctrina diſſentiens circa humanæ generationis principium, nempe utrum Mulier verum ſemen habeat vi generandi præditum. Romæ, apud Bernardinum Tanum, 1644, in 4.

LÆVINVS EISCHERVS

Corpus medicinæ Imperiale. Hemipoli, ſumptibus Autoris, 1656, in fol.

Dialogus de Vita producenda, 1640, in 8.

De aurea auri tinctura, ſive Veri Auri Potabilis medicina. acceſſit conſilium antihypochondriacum, 1630, in 12.

LAMBSPRINGK, *Germanus*

De Lapide Philoſophico libellus. Extat cum Triga Chemica à Nicolao Bernaudo Delphinate edita, Lugd. Batav. apud Chriſt. Raphelengium, 1592, in 8. & cum Muſæo Hermetico. Francof. apud Lucam Iennifium, 1625, in 4. cum figuris.

LANFRANCVS, *Mediolanenſis, Chirurgus præſtantiſſimus, Pariſiis in Galliis. Vixit ſub Philippo Gallorum Rege, tempore Rodolphi Imperatoris A. C.* 1294. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Chirurgia magna, & parva. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490: apud Bernardinum Venetum, 1519: apud Iuntas, 1546, in fol. Lugduni, apud Paganum, 1553, in fol. cum Guidonis Cauliaci, Rogerii, Bertapaliæ, Rolandi ejuſdem argumenti ſcriptis.

LATINVS TANCREDVS, *Camerotanus*

De Fame, & Siti, libri III, Phyſicis ac Medicis reconditis Controverſiis paſſim reſperſi, rerumque varietate omnibus Literarum ſtudioſis perutiles & perjucundi. Venetiis, apud Iacob. Anton. Somaſchum, & apud Societatem, 1607, in 4.

De Antiperiſtaſi omnigena, ſive de naturæ miraculis. Neapoli, apud Conſtant. Vitalem, 1621, in 4.

LAVRENTIVS BARTOLINVS, *Vixit A. C.* 1504. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Tractatus de Balneo Corſennæ. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 155, fac. averſa.

LAVRENTIVS CATELANVS

Genuinus Confectionis Alchermes apparandæ modus. Extat cum

Ioan. Steph. Strobelbergeri tractatu de Cocco Baphica. Ienæ, apud Ioan. Beithmannum, 1620, in 4.

LAVRENTIVS EICHSTADIVS, *Veteris Sedinenſis Pomeranus*

De confectione Alchermes diſſertatio & exercitatio Medica. Stetini, 1634, in 4. apud Davidem Rhetium, 1635, in 8.

De Diebus criticis libellus. Extat pag. 321 partis alterius Ephemeridum. Stetini, apud Georg. Rhetium, 1639, in 4.

Collegium Anatomicum. Gedani, 1649, in 8.

De Theriaca & Mithridatio diſſertatio Medica. Stetini, 1624, in 4.

LAVRENTIVS FRISIVS, *Germanus, Avicenniſta inſignis. Vixit adhuc A. C. 1526, Iuſtus in Chronol. Medic.*

Defenſio Avicennæ Medicorum Principis ad Germaniæ Medicos. Argentorati, apud Ioan. Knoblochum juniorem, 1530, in 4. Lugduni, apud Benedictum Bounyon, 1533, in 8. cum Epiſtolis phyſicis Symphoriani Campegii, &c.

Epitome opuſculi de curandis puſtulis, ulceribus, & doloribus morbi Gallici, mali, *Frantzoſe*, appellati. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1532, in 4. & tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 299.

Sudoris Anglici exitialis peſtiferique morbi ratio, præſervatio & cura. Argentorati, apud Ioan. Knoblochum juniorem, 1529, in 4.

Synonyma materiæ medicæ, ſive ſimplicium pharmacorum Latinis, Græcis, & Arabicis, Barbariſque vocabulis. Argentinæ, apud Gruningerum, 1535, in fol.

LAVRENTIVS GOZAR, *Valentinus*

Dialogus de Medicinæ fonte. Valentiæ, 1589.

LAVRENTIVS GRYLLVS, *Germanus*

De Sapore dulci, & amaro libri duo. In quibus non ex temere collectis autorum ſententiis, ſed rationibus ex ipſa rerum natura ſumptis oſtenditur, quid de his ſaporibus ſentiendum ſit; à nemine unquam eo judicio diligentiaque conſcripti: ad cæterorum quoque ſaporum naturas cognoſcendas utiliſſimi. Quorum priori nonnihil de contrarietate ſaporum, & permutatione dulcium in alios ſapores, adjectum eſt. Nunc primum per Adamum Landavum in lucem editi. Acceſſit in fine Oratio ejuſdem Laurentii Grylli de peregrinatione ſtudii Medicinalis ergo ſuſcepta. Pragæ, apud Georg. Melantrichum, 1566, in 4.

LAVRENTIVS HAAN, *Hildesheimenſis*

Conſultatio peſtis, qua mira brevitate, conſpicua tamen dexteritate, ea, quæ circa curationem ejus in diſputationem veniunt, adducuntur & deciduntur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1610, in 8.

LAVRENTIVS HOFMANVS, *Halla-Saxo*

De vero Vſu, & fero Abuſu Medicamentorum Chymicorum, Commentatio. Halæ Saxonum, 1611, in 4.

Roſarium minerale ſpagyricum. Halæ, 1611, in 4.

Balthaſaris Brunneri Conſilia medica, ſummo ſtudio collecta & reviſa. Halæ Saxonum, apud Petr. Fabrum, 1617, in 4.

LAVRENTIVS IOVBERTVS, *Valentinus Delphinas, Argenterii familiaris; Floruit circa A. C. 1560, Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Liber de vero & recto Medicinæ uſu, editus à Ioanne Borgeſio, in 8.

Operum

Operum Latinorum Tomus primus. Hic omnia complectitur, quæ hactenus fuerunt ſigillatim publicata: nunc recens ab Autore ipſo repurgata, & plurimum aucta. Cui ſubjectus eſt Tomus ſecundus nunc denuo in lucem proditus. Lugduni, apud Steph. Michaëlem, 1582, in fol. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1599, in fol. ibidem, 1645, in fol.

Index librorum, ſeu tractatuum, qui primo tomo continentur:

Paradoxorum Decas prima, atque altera.
Opuſculorum volumen, quod in tres partes dividitur:
Prima pars continet Annotationes in Galeni librum primum, & ſecundum de facultatibus naturalibus.
Altera, Annotationes in Gal. librum de differentiis morborum. Annotationes in Galeni librum de differentiis ſymptomatum.
De Convulſionis eſſentia, & cauſis.
De Cerebri affectibus.
Annotationes in Paradoxa.
Tertia, Artem componendi medicamenta.
De Syruporum conficiendi modo, & utendi ratione.
Quæſtiones medicæ pro Regia profeſſione à D. Iouberto diſputatæ.
Ioannis Hucheri pro Philoſophica libertate Oratio.
De Peſte liber unus. Acceſſerunt duo tractatus,
Vnus de Quartana febre:
Alter de Paralyſi. In quibus ſcitu digniſſimæ quæſtiones aliquot explicantur.
Medicinæ Practicæ priores libri tres. Acceſſit ejuſdem
Iſagoge Therapeutices Methodi.
De affectibus pilorum & cutis, præſertim Capitis, & de Cephalalgia, tractatus unus.
De affectibus internis partium Thoracis, tractatus alter.
Pharmacopœa. Cui ad finem ſubjectæ à Ioa. Paul. Sangmaiſtero
Formulæ remediorum communium, quæ Pharmacopœi arbitrio atque peritiæ relinqui ſolent.
Nuncupationum quarundam communium interpretatio.
Ponderum, & menſurarum uſitatiorum nomenclaturæ, & notæ.
Catalogus Simplicium, quæ ad Pharmacopœæ hujus compoſitiones requiruntur.

Tomo ſecundo comprehenduntur:

De Vrinis liber I.
Thomæ Iordani Med. Reſponſio ad Cl. V. D. Laurentii Iouberti Medici Monſpeſſulani Paradoxûm VII, Decadis II, &
Laurentii Ioub. ad Thom. Iordanum pro ſuo Paradoxo Apologia.
Franciſci Valleriolæ Animadverſiones in omnia Laurentii Iouberti Paradoxa, & Iouberti ad ſingulas Reſponſio.
Sententia Brunonis Seidelii de Iis quæ Laurentius Ioubertus in Paradoxis ſuis de febrium humoralium origine ac materia diſputavit.
Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ, de iis quæ Laurentius Ioubertus ad explicandam febrium

brium humoralium naturam & materiam, in ſuis Paradoxis diſputavit: autore Simone Simonio, &c.

Laur. Ioub. Provocatio à Sententia Brunonis Seidelii de iis quæ in Paradoxis ſuis de febrium humoralium origine ac materia diſputavit.

Ex Palpitationibus divinatio. Græce. Romæ, 1545, in 4. cum Æliani Varia hiſtoria lib. XIV, & aliorum.

De Nævis. Græce. Ibidem cum iiſdem. & Latine, Nicolao Petrejo interprete. Venetiis, 1552. in 8. cum aliis quibuſdam.

MELCHIOR ADAMVS

Vitæ Germanorum Medicorum : qui ſeculo ſuperiori, & quod excurrit, claruerunt : congeſtæ, & ad annum M DC XX deductæ. Heidelbergæ, apud Ionam Roſam, 1620, in 8.

Elenchus Medicorum, quorum heic vitæ habentur, nomina juxta alphabetum recenſens.

A.

Achilles Pirminius Gaſſarus.
Adamus Bodenſtein.
Adamus Lonicerus.
Adolphus Occo.
Adrianus Iunius.
Albanus Torinus.
Andreas Ellingerus.
Andreas Grûndlerus.
Andreas Mirica.
Andreas Planerus.
Andreas Richilus.
Andreas Veſalius.
Antonius Niger.
Auguſtinus Schurfius.

B.

Balthaſar Brunnerus.
Bernhar. Deſſ. Cronenburgius.
Bruno Seidelius.
Burchardus Mithobius.

C.

Carolus Cluſius.
Caſpar Nævius.
Caſpar Peucerus.
Conradus Battus.
Conradus Geſnerus.
Cornelius Gemma.

E.

Eraſmus Stella.
Euricius Cordus.

F.

Felix Platerus.
Flaminius Gaſto.

G.

Gemma Friſius.
Georgius Agricola.
Georgius Laubius.
Georgius Marius.
Georgius Pyſander.
Georgius Sturcius.
Georgius Wirthius.
Gerardus Bontius.
Gervaſius Marſtallerus.
Gisbertus Longolius.
Gregorius Pictorius.
Guilielmus Copus.

H.

Henricus Brucæus.
Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Fabricius.
Henricus Munzingerus.
Henricus Smetius.
Henricus Stromerus.
Hermannus Cruſerius.
Hieron. Tragus, *vulgo* Bock.
Hieronymus Wildenbergius.

I.

Iacobus Bordingus.
Iacobus Curio.
Iacobus Milichius.
Iacobus Scheckius.
Iacobus Theod. Tabernæmontanus.
Iacobus Zuingerus.
Ianus Cornarius.
Ieremias Thriverus Brachelius.
Ioachimus Camerarius.
Ioachimus Curæus.
Ioachimus Vadianus.
Ioannes Crato à Craftheim.
Ioannes Echtius.
Ioannes Goropius.
Ioannes Guintherius.
Ioannes Heurnius.
Ioannes Hubertus.
Ioannes Lud. Havenreuterus.
Ioannes Ingolſtetterus.
Ioannes Kentmannus.
Ioannes Langius,
Ioannes Megobachus.
Ioannes Moibanus.
Ioannes Munſterus.

Ioan-

Ioannes Nævius.
Ioannes Obſopœus.
Ioannes Pfeil.
Ioannes Poſthius.
Ioannes Schenckius.
Ioannes Schrôterus.
Ioannes Sinapius.
Ioannes Straubius.
Ioannes Viſcherus.
Ioannes Weinmannus.
Ioannes Wierus.
Iodocus Lucius.
Iodocus Willichius.

L.

Laurentius Gryllus.
Laurentius Scholzius.
Leonhardus Fuchſius.
Leonhardus Rouwolf.
Levinus Battus.
Levinus Lemnius.
Lubertus Eſthius.
Ludovicus Gravius.

M.

Martinus Hunnus.
Martinus Polich. Mellerſtadius.
Matthæus Heuſlerus.
Melchior Fendius.
Melchior Guilandinus.
Michael Meüerus.
Michael Toxites.

N.

Nicolaus Bieſius.
Nicolaus Môglinus.
Nicolaus Taurellus.

O.

Oſwaldus Berus.
Otho Brunsfelſius.

P.

Paulus Lutherus.
Paulus Ricius.
Petrus Foreſtus.
Petrus Lotichius.
Petrus Monavius.
Petrus Pavius.
Petrus Raichſpalt.

R.

Reinerus Solenander.
Rembertus Dodonæus.

S.

Samuel Siderocrates.
Sebaldus Havenreuterus.

T.

Theodoricus Meſchede.
Theodorus Plateanus.
Theodorus Zuingerus.
Theophraſtus Paracelſus.
Thomas Eraſtus.

V.

Valerius Cordus.
Victor Giſelinus.
Volcherus Coiterus.

W.

Wernerus Wolflinus.
Wolfgangus Lazius.
Wolfgangus Meurerus.

MELCHIOR CARTERIVS

Exercitationes in Epilepſiam. Toloſæ, 1617, in 8.

MELCHIOR FENDIVS, *Profeſſor Medicinæ in Academia VVitebergenſi. Vir præſtantis ingenii & eruditionis. Vixit circa A. C.* 1544. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Oratio de dignitate & utilitate Artis Medicæ. Extat tomo IV Declamat. Phil. Melanchthonis, pag. 244. Wittebergæ, 1548, in 8.

Oratio de Appellationibus Panum. extat ibidem, pag. 318.

MELCHIOR FLECKIVS

Oratio de præſtantia corporis humani, habita in Doctorali ſua coronatione, die VII Ianuarii, anno M D LXVIII. Extat tomo I Orationum Ingolſtadienſium. Ingolſtadii, apud Alex. Weiſſenhorn, 1571, in 8.

MELCHIOR GOLDASTVS

Paradoxon de Honore Medicorum ad Clariſſimum Dominum Hermannum Conerdingium. Francof. 1620, in 12.

MELCHIOR GVILANDINVS, *Boruſſus*

Papyrus, hoc eſt, Commentarius in tria C. Plinii Majoris de Papyro capita. Acceſſit Hier. Mercurialis Repugnantia, qua pro Galeno ſtrenue pugnatur. Item Guilandini Aſſertio ſententiæ in Galenum à ſe pronunciatæ. Venetiis, apud Ant. Vlmum, 1572, in 4.

Apologiæ, adverſus Petrum Andream Matthiolum, liber primus, qui inſcribitur Theon. Item, de ſtirpibus Epiſtolæ quinque. Præterea Manuco Diatæ, hoc eſt, Aviculæ Dei deſcriptio. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1558, in 4.

Epiſtola ad Conr. Geſnerum, extat libro 11 Epiſt. Petri Andr. Matthioli, pag. 241.

Conjectanea Synonymica Plantarum, Operâ Io. Georgii Schenckii edita cum Horti Patavini Catalogo ſub annum 1591. Francofurti, 1600, in 8.

MELCHIOR SEBISIVS, *Argentoratenſis*

Diſſertationum de Acidulis ſectiones duæ: in quorum priore agitur de Acidulis in genere: in poſteriore vero de Alſatiæ Acidulis in ſpecie. Argentorati, apud Wilh. Chriſt. Glaſerum, 1627, in 8.

Exercitationes Medicæ quinquaginta ſex, diverſis temporibus, ab anno 1622, uſque ad annum 1636, incluſive in alma Argentoratenſium Academia propoſitæ. Atgentorati, apud Welperianum, 1624, 1631, 1636, in 4.

Miſcellanearum Quæſtionum medicarum Faſciculi quinquaginta tres. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1638, in 8.

Diſputationes de recta ratione purgandi, docentes quos, quando, quibus pharmacis, & quo tempore purgare deceat. In inclyta Argentoratenſium Academia ingenii exercendi gratia propoſitæ. Argentorati, apud Ioan. Reppium, 1621, in 4.

Diſcurſus Medico-Philoſophicus de Caſu adoleſcentis cujuſdam Argentoratenſis mirabili: qui anno M DC XVII, octavo Aprilis, circa horam primam pomeridianam, mortuus in quodam paternarum ædium loco, adjacente ipſi ſerpente, à domeſticis inventus fuit: publice in Argentoratenſis Academiæ ἀκροάσει nova XIV Maji habito. Adjecta eſt Appendix de quibuſdam Serpentum generibus. Argentorati, apud Anton. Bertramum, 1617, in 4. apud Paulum Ledertz, 1618, 1624, in 4.

De Serpentibus in humano corpore Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 410.

Hiſtoria mirabilis de Fœmina quadam Argentoratenſi, quæ ventrem ſupra modum tumidum atque diſtentum ultra decennium geſtavit, & tum hydrope uterino, tum molis carnoſis ſeptuaginta ſex, tum ea hydropis ſpecie conflictata fuit, quæ Aſcites dicitur: fideliter relata, rationibus explicata, & commentario de hydrope uterino, molarumque forma, materia, efficiente, atque fine aucta. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1627, in 4.

Galeni Ars parva in XXX Diſputationes reſoluta. Argentinæ, apud Marcum ab Heyden, 1633, in 8, apud Welperum, 1632, 1638, in 8.

Libri ſex Galeni de Morborum differentiis & cauſis in theſes partim,

partim in Epitomas contracti & ad diſputandum propoſiti. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1635, 1638, in 4.

Collegium Therapeuticum ex Galeni Methodo medendi depromtum ac in diſputationes xxv redactum. Argentorati, apud eundem, 1634, 1638, in 4.

Prodromi Examinis Vulnerum pars prima. Argentorati, 1632, in 4.

Prodromi Examinis Vulnerum pars ſecunda. Ibid. 1633, in 4.

Ejuſdem pars tertia. Ibid. eodem anno & forma.

Examen Vulnerum partium ſimilarium. Argentorati, 1635, in 4.

Examinis Vulnerum partium diſſimilarium pars prima. Ibid. 1636, in 4.

Ejuſdem Examinis pars ſecunda. Ibid. 1637, in 4.

Ejuſdem pars tertia. Ibidem, eodem anno & forma.

Ejuſdem pars quarta. Ibidem, pari forma & anno.

Problemata Phlebotomica. Ibid. 1631, in 4.

Galeni librum de morborum cauſis edidit. Ibid. 1630, in 4.

Item, Galeni librum de Symptomatum differentiis. Ibid. 1630, in 4.

Item, Ejuſdem de Symptomatum cauſis liber I. Ibid. 1631, in 4.

De Symptomatum cauſis liber ſecundus. Ibid. 1631, in 4.

De Symptomatum cauſis liber tertius. Ibid. 1632, in 4.

De Plethora & Cacochymia. Ibid. 1631, in 4.

Examen Vulnerum ſingularum humani corporis partium quatenus vel lethalia ſunt vel incurabilia; vel ratione eventus ſalutaria & ſanabilia. Argentorati, apud eumdem, 1638, in 4. Ibid. apud Laz. Zetznerum, 1639, in 4. Cui editioni additus eſt Tractatulus de Synovia ſeu Meliceria C. Celſi, quam vulgus Chirurgorum, *das gliedwaſſer* appellare ſolet.

Commentarius in Galeni libellos de curandi ratione per ſanguinis miſſionem: Hirudinibus: Revulſione: Cucurbitula: Scarificatione: Publice olim Argentoratenſium in Vniverſitate prælectus, & nunc in gratiam Medicinæ Tironum divulgatus. Argentorati, apud hæredes Chriſtoph. ab Heyden, 1652, in 4.

Idem, in Theſes reſolutus. Ibidem, apud Ioh. Welperum, 1631, in 4.

Libri tres Galeni, de Naturalibus Facultatibus, in VIII Diſputationes reſoluti. Ibidem apud Ioh. Welperum, 1645, in 4.

Galeni quinque priores libri, de Simplicium medicamentorum facultatibus, in XVI Diſputationes reſoluti. In quibus ſumma eſt, & Analyſis totius operis. Additur Doctrina quinque priorum librorum problematice & Syllogiſtice. Cum Corollariis numero 183. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1651, in 8.

Hieronymi Tragi Herbarium Germanicum, Nomenclaturis Plantarum variis, earumque cauſis, qualitatibus, & illarum gradibus, uſu in Pharmacopoliis, & infinitis experimentis auctum & locupletatum. Argentorati, apud Wilhelm. Chriſtian. Glaſerum, 1630, in fol.

Manuale, ſive Speculum Medicinæ practicum, in uſum Medicinæ Tyronum, ex bonis & probatis Authoribus concinnatum. Argentorati, apud Frider. Spoar, 1659, in 8.

Galeni Methodus medendi in XIV Diſputationes reſoluta, & in Argentoratenſium Academia propoſita. cum præfixa præfatione, quæ in eamdem Methodum προλεγομένων loco eſſe poteſt. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1639, in 4.

De Alimentorum Facultatibus libri quinque: Ex optimorum Authorum monumentis conſcripti. Argentinæ, apud Io. Phil. Mulbium, & Ioſiam Stedelium, 1650, in 4.

Diſſertatio περὶ θείου, de Divino, quod Hippocrates in morbis conſiderandum, in Prognoſticorum veſtibulo præcepit. Argentorati, apud Ioa. Phil. Mulbium, 1643, in 4.

Diſputationes de Variolis & Morbillis ſex, in Argentoratenſium Academia propoſitæ. Ibidem, apud eumdem, 1642, in 4.

Diſputationes de Reſpiratione tres, ibidem habitæ. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1643, in 4.

Diſputatio de Naturalibus facultatibus prima. Ibidem, apud Ioh. Reppium, 1644, in 4.

Diſſertatio de Senectutis & Senum ſtatu ac conditione. Ibidem, apud Eberh. Welperum, 1645, in 4.

Diſputationes quatuor de Dentibus. Ibidem, apud eumdem, 1645, in 4.

Diſputatio Medica de urinæ ſuppreſſione. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1651, in 4.

Diſputatio Medica de morbis contagioſis & contagio. Argentorati, apud Everh. Welperum, 1650, in 4.

Diſputatio Medica de calculo renum. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1647, in 4.

Diſputatio de fame & ſiti. Ibidem, apud eumdem, 1655, in 4.

Diſputatio de Dolore. Argentorati, apud Eberh. Welperum, 1652, in 4.

Diſputatio de Sudore. Ibidem, 1657.

Diſputatio de Rigore, Horrore, Refrigeratione, Oſcitatione, Pandiculatione, Palpitatione, Tremore, & Stridore Dentium. Ibid. 1653.

Diſputatio de Hæmorrhoidibus. Ibid. 1654.

Diſputatio, de Maraſmo, Macilentia, & Gracilitate Sanorum: Macilentia & Gracilitate ægrotantium. Craſſitie & Corpulentia Sanorum naturali; Craſſitie & magnitudine corporis morboſa ægrorum. Ibidem, 1658.

Diſputatio de Singultu. Ibid. 1659.

Diſputatio de Palpitatione Cordis. Ibid. 1657.

Diſputatio de Stranguria. Ibid. 1657.

Diſputatio de Vlceribus. Ibid. 1647.

Diſputationes de Pilis duæ. Ibid. 1651.

Diſputatio, de Concoctione Alimentorum. Ibidem, apud Ioh. Reppium, 1642, in 4.

Diſputationes de Tempore morborum duæ. Ibid. apud Ioh. Welperum, 1624, 1625.

Diſputationes de Diebus Criticis, duæ. Ibid. apud Ioh. Andreæ, 1626.

Diſputationes duæ de Criſibus. Ibidem, 1627.

MEL-

Melchior Sebiſius, *Iunior*

De Vrinis: de Purgandi ratione: de Venæſectionis & ſanguinis vacuatione tam univerſali, quam particulari Diſputationes tres: extant Decade 1 Diſput. quas collegit & edidit Ioan. Iac. Genathius, Baſileæ, 1618. in 4.

Melchior Syssenbach, *Hirſchbergâ-Sileſius*

De Arthritide Diſputatio. Extat Decade 1 Diſputationum, quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1618, in 4.

Meletivs

De natura, ſtructuraque hominis opus. E Græco in Latinum verſus à Nicolao Petrejo Corcyreo. Venetiis, apud Gryphium, 1552, in 4. cum Hippocratis, Dioclis, Melampi, Polemonis ejuſdem pene argumenti libellis.

Menghvs Blanchellvs, *Faventinus*

De Morbis particularibus à capite ad pedes, & de omni febrium genere opus. Venetiis, 1536, in fol.

De Balneis tractatus tres. Et de Balneo Villæ ad Dominos Lucenſes Conſilium. Extant Operis Veneti de Balneis, pag. 58.

Menelavs Winsemivs, *Leovardienſis*

Compendium Anatomiæ, diſputationibus triginta ſub ejus præſidio in illuſtri Academia Franequerana propoſitum. Franekeræ, apud Ægidium Radæum, 1605, in 4.

Merlinvs, *Anglus*

Laudabile Sanctum, ſeu Tractatus duodecim aquarum, quæ perpetuæ & vivæ nuncupantur. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ decade prima, ab Hermanno Condeeſyano collecta, editaque Francof. apud Conr. Eifridum, 1628, in 8.

Messahala

De Elementis liber. Noribergæ, apud Martanum & Neuberum, 1544. in 4.

Michael Angelvs Blondvs

De partibus Ictu ſectis citiſſime ſanandis & Medicamento Aquæ nuper invento. Idem, in plurimorum opinionem, de Origine Morbi Gallici, deque Ligni Indici ancipiti proprietate. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Petrum de Nicolinis, 1542, in 8.

Libellus de Morbis puerorum. Venetiis, apud Hier. Calepinum, 1539, in 8.

De Memoria libellus. In quo non tam dogmata, quam & præſidia præſtantiſſima narrantur, cum horis Mercurialibus, quibus omnibus ſervatis, & compreſſa excitatur, & firma ſolatur, procul dubio & diuturna ſervatur memoria prudentium. Venetiis, apud Ioan. Anton. & Petrum de Nicolinis, 1545, in 8.

Ex libris Hippocratis de nova, & priſca arte medendi, deque Diebus decretoriis Epitome. Romæ, apud Hier. de Cartulariis, 1528, in 8.

De Diebus decretoriis & Criſi, eorumque veriſſimis cauſis in via Galeni contra Neotericos libellus: cum Abrahæ Avenezræ de luminaribus & criticis diebus tractatu, eodem autore recognito. Romæ, apud FFR. de Nicolinis, 1544, in 4. Lugduni, 1550, in 8.

Phyſio-

Phyſiognomia, ſive de cognitione hominis per aſpectum, ex Ariſt. Hipp. Galeno. Romæ, apud eoſdem, 1544, in 4.

De Maculis corporis liber. Romæ, apud eoſdem, 1544, in 4.

De Canum cura liber. Romæ, apud eoſdem, 1544, in 4.

MICHAEL ANGELUS ROTA, *Venetus*

De Peſte Veneta, anno M DC XXX, Quæſtiones diſputatæ, ſive Apologeticum ad Syllogiſticam diſputationem. Venetiis, apud Ghirardum de Imbertis, 1634, in 4.

MICHAEL BARTHIUS

Epiſtolæ binæ Medicæ ad Chriſtoph. Pithopœum, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 114, 117.

MICHAEL BOUTHEROUE, *Carnutenſis*

Pyretologia. Diviſa in duos libros: quorum primus univerſalia febrium ſigna prognoſtica continet. Alter uniuſcujuſque febris diagnoſin, & therapeiam complectitur. In eorum gratiam, qui rei Chymicæ ſtudio tenentur, Chymica remedia unicuique febrium Speciei curandæ accommoda fuere addita. Pariſiis, apud Ioan. Laquehay, 1623, in 8.

MICHAEL de CAPELLA

Flores Avicennæ. Lugduni, apud Bartholomæum Trot, 1508, in 8.

MICHAEL COLUMBUS

Hippocratis index longe refertiſſimus. Extat cum operibus ejuſdem ab Hieron. Mercuriali editis Venetiis, apud Iuntas, 1588, in fol.

Hieron. Mercurialis Tractatum de Compoſitione Medicamentorum: De Morbis Oculorum & Aurium, ex Ejuſdem Prælectionibus exceptum edidit. Item, De Morbis Muliebribus.

Collegiandi Ratio. Extat cum tomo II Conſult. Medic. Mercurialis. Venetiis, apud Mejettum, 1589, in fol.

Ioa. Valverdi de Hamuſco Anatomen Corporis Humani, ex Hiſpanico, in Latinum tranſtulit.

MICHAEL DORINGIUS, *Vratislavienſis*

De Medicina, & Medicis, adverſus Iatromaſtigas & pſeudiatros libri duo. In quibus non ſolum generatim Medicinæ origo, progreſſus, dignitas, & Medici officium prolixe aſſeritur: ſed etiam particulatim tam Hippocraticæ & Galenicæ præſtantia, quam Empiricæ, Magicæ, Methodicæ, & Paracelſicæ uſus, atque abuſus excutitur. Gieſſæ Heſſorum, apud Nicol. Hampelium, 1611, in 8.

Acroama Medico-Philoſophicum de Opii uſu, qualitate calefaciente, virtute narcotica, & ipſum corrigendi modo. Ienæ, apud Ioa. Eyring, & Ioa. Perfectum, 1620, in 8.

Διατριβὴ de Opobalſamo Syriaco, Iudaico, Ægyptio, Peruviano, Tolutano, & Europæo. Ienæ, apud eoſdem, 1620, in 8.

De Calculo renum, ejus ſectione & diureticorum uſu Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 418.

De Muſculorum uſu Epiſtola extat ibidem pag. 519.

De aneuriſmate, dyſenteria, & aqua chalybeata Obſervatio. Extat cum

cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 192.

De gangræna, poſt hemicraniam, in pede oborta; ubi etiam an pruna & uva recentia, dyſentericis conveniant, declaratur. Extat ibidem pag. 207.

De Partu monſtroſo Pragæ nato Obſervatio. Extat ibidem pag. 240.

De monſtroſo tumore omenti. Extat ibidem pag. 269.

Epiſtola de nova, rara, & admiranda Herniæ uterinæ, atque hanc juſto tempore ſubſequentis Partus cæſarei hiſtoria. Extat ibidem pag. 449.

De Vulnere in hypochondrio dextro, & aliis quibuſdam medicis. Extat Cent. I Epiſt. Hildani. Oppenheimii, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 412.

Nicolai Muton Μιθριδατειολογίαν, ſub limam & incudem revocatam, politam, emaculatam, Annotationibus atque Controverſiis, utilibus juxta ac neceſſariis locupletatam, in publicum produxit. Ienæ, 1620, in 8.

MICHAEL EPHESIVS

Scholia in Ariſtotelis libros aliquot: nempe de Iuventute, ſenectute, vita & morte. de Longitudine ac brevitate vitæ. de Divinatione per ſomnum. è Græco nunc primum converſa, Conrado Geſnero Tigurino interprete. Acceſſit quoque Nicolai Leonici Thomæi converſio atque explanatio primi libri Ariſtotelis de partibus animalium, lucubratio valde utilis, nunc primum etiam ex autoris archetypo in lucem edita. Baſileæ, apud Bartholom. Weſthemerum, 1541, in 8.

Conſilium de Stranguria extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 276.

MICHAEL GAVASSETIVS, *Novellarienſis*

Exercitatio Methodi Anatomicæ. Patavii, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4.

Libri duo. Alter de rebus præter naturam, alter de Indicationibus curativis, ſeu de Methodo Medendi. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1586, in 4.

Libri duo. Alter de Natura Cauterii & ejus accidentibus. Alter de Præludiis Anatomicis, ſeu totius Artis Medicæ fundamentis. Venetiis, apud Paul. Mejettum, 1584, in 4. Acceſſit liber Tertius de Methodo Anatomica. Venetiis, 1587, in 4.

Conſilium de Stranguria. Extat eo opere quod Lautenbachius collegit. Francof. 1605, in 4.

MICHAEL IOANNES PASCHALIVS, *Valentinus*

Praxis Medica. Valentiæ, 1555, in 8.

Methodus curandi, cum Scholiis Petri Pauli Peredæ Setabenſis. Lugduni, apud Iuntas & Paul. Giuttium, 1585, in 8. apud Horatium Cardon, 1602, in 8.

De Morbo Gallico tractatus. Extat Operis Veneti de Morbo Gallico tomo II, pag. 146.

MICHAEL GEHLERVS, *Gorlicius*

De Plica Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

MICHAEL LYSERUS

Culter Anatomicus, hoc eſt, Methodus brevis, facilis, ac perſpicua, artificioſe & compendioſe humana corpora incidendi, cum nonnullorum Inſtrumentorum Iconibus. Haffniæ, apud Georg. Lamprecht, 1653, in 8.

De Sphacelo Cerebri. Lipſiæ, 1656, in 4.

MICHAEL MAIERUS

Atalanta fugiens, hoc eſt, Emblemata nova de Secretis Naturæ Chymica; Accommodata partim oculis & intellectui, figuris cupro inciſis, adjectiſque ſententiis, Epigrammatis & Notis, partim auribus & recreationi animi plus minus quinquaginta Fugis Muſicalibus trium Vocum, quarum duæ ad unam ſimplicem melodiam diſtichis canendis peraptam, correſpondeant, non abſque ſingulari jucunditate videnda, legenda, meditanda, intelligenda, dijudicanda, canenda, & audienda. Oppenheimii, apud Hier. Gallerum, 1617, in 4.

Viatorium, hoc eſt, de Montibus Planetarum ſeptem, ſeu Metallorum; Tractatus tam utilis, quam perſpicuus, quo, ut indice Mercuriali in triviis, vel Ariadneo filo in Labyrintho, ſeu Cynoſura in Oceano Chymicorum errorum immenſo, quilibet rationalis, veritatis amans, ad illum, qui in montibus ſeſe abdidit de Rubeapetra Alexicacum, omnibus Medicis deſideratum, inveſtigandum uti poterit. Oppenheimii, apud Ioan. Theod. de Bry, 1618, in 4. Rothomagi, 1651, in 8.

Locus Severus, hoc eſt, Tribunal æquum, quo Noctua regina avium, Phœnice arbitro poſt varias diſceptationes & querelas volucrum eam infeſtantium pronunciatur, & ob ſapientiam ſingularem, Palladi ſacrata agnoſcitur. Francof. apud Nicol. Hofmannum, 1617, in 4.

Examen Fucorum Pſeudochymicorum, & in gratiam veritatis amantium ſuccincte refutatorum. Francof. apud Ioa. Theod. de Bry, 1617, in 4.

De Circulo Phyſico Quadrato: hoc eſt, Auro, ejuſque virtute medicinali, ſub duro cortice inſtar nuclei latente; An & qualis inde petenda ſit, tractatus haud inutilis. Oppenheimii, apud Hier. Gallerum, 1616, in 4.

Symbola aureæ menſæ duodecim nationum. hoc eſt, Hermæa ſeu Mercurii feſta ab Heroibus duodenis ſelectis, artis Chymicæ uſu, ſapientia & autoritate Paribus celebrata, ad Pyrgopolynicen ſeu Adverſarium illum tot annis jactabundum, virgini Chemiæ injuriam argumentis tam vitioſis, quam conviciis argutis inferentem, confundendum & exarmandum, Artifices vero optime de ea meritos ſuo honori & famæ reſtituendum; ubi & artis continuatio & veritas invicta triginta ſex rationibus, & experientia libriſque authorum plus quam trecentis demonſtratur; opus, ut Chemiæ, ſic omnibus aliis, Antiquitatis & rerum ſcitu digniſſimarum ſcitu percupidis, utiliſſimum, duodecim libris explicatum & traditum, figuris cupro inciſis paſſim adjectis. Francof. apud Anton. Hummium, 1617, in 4.

Septimana Philoſophica, qua Ænigmata Aureola de omni naturæ genere à Salomone Iſraëlitarum ſapientiſſimo Rege & Arabiæ regina Saba,

ba, nec non Hyramo, Tyri Principe, ſibi invicem in modum Colloquii proponuntur & enodantur: ubi paſſim novæ, at veræ, cum ratione & experientia convenientes, rerum naturalium cauſæ exponuntur & demonſtrantur, figuris cupro inciſis ſingulis diebus adjectis. Francof. apud Hartmannum Palthenium, 1620, in 4.

Civitas Corporis humani, à tyrannide Arthritica vindicata: hoc eſt, Podagræ, Chiragræ, & Gonagræ, quæ, velut tyranni immaniſſimi artus extremos obſident, & excruciant, Methodica curatio. Francofurti, apud Lucam Ienniſium, 1621, in 8.

Arcana arcaniſſima, hoc eſt, Hieroglyphica Ægyptio-Græca, vulgò necdum cognita, ad demonſtrandam falſorum apud antiquos, deorum, dearum, heroum, animantium & inſtitutorum pro ſacris receptorum, originem, ex uno Ægyptiorum artificio, quod aureum animi & corporis medicamentum peregit, deductam. Vnde tot Poëtarum allegoriæ, ſcriptorum narrationes fabuloſæ, & per totam Encyclopædiam errores ſparſi clariſſima veritatis luce manifeſtantur, ſuæque tribui ſingula reſtituuntur, ſex libris expoſita, in 4. Locus & tempus editionis non exprimuntur.

Verum inventum, hoc eſt, Munera Germaniæ ab ipſa primitus reperta (non ex vino, ut calumniator quidam ſcoptice invehit, ſed vi animi & corporis) & reliquo orbi communicata, quæ tanta ſunt, ut plæraque eorum mutationem Mundo ſingularem attulerint, univerſa longe utiliſſima extiterint, tractatu peculiari evoluta, ac tradita. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1619, in 8.

Themis aurea, hoc eſt, de legibus Fraternitatis R. C. tractatus, quo earum cum rei veritate convenientia, utilitas publica & privata, nec non cauſæ neceſſariæ evolvuntur & demonſtrantur. Francof. apud Lucam Ienniſium, & apud Nicol. Hoffmannum, 1618, in 8.

Luſus ſerius, quo Hermes ſive Mercurius rex mundanorum omnium ſub homine exiſtentium, poſt longam diſceptationem in concilio octovirali habitam, homine rationali arbitro, judicatus & conſtitutus eſt. Oppenheimii, apud Hieron. Gallerum, 1619, in 4.

Tractatus de volucri arborea, abſque patre & matre, in Inſulis Orcadum, forma Anſercùlorum proveniente. Seu de Ortu miraculoſo potius, quam naturali vegetabilium, Animalium, Hominum & ſupranaturalium quorundam. Quo cauſæ illius & horum demonſtrantur. Francofurti, apud Nicol. Hoffmannum, 1619, in 8.

Vlyſſes, hoc eſt, Sapientia ſeu Intelligentia, tanquam cœleſtis ſcintilla beatitudinis, quod ſi in fortunæ & corporis bonis naufragium faciat, ad portum meditationis & patientiæ remigio feliciter ſe expediat. Annexus eſt Tractatus de Fraternitate R. C. Francof. apud Luc. Ienniſium, 1624, in 8.

Tripus aureus, hoc eſt, tres Tractatus Chymici. 1. Baſilii Valentini. 2. Thomæ Nortoni. 3. Cremeri cujuſdam Angli Teſtamentum. Francof. 1618, in 4.

De legibus fraternitatis Roſeæ Crucis. Francof. 1618, in 8.

Silentium poſt clamores, ſive tractatus Apologeticus, quo cauſæ, non ſolum clamorum ſive Revelationum fratrum Germanorum de Ro-

ſea cruce, ſed & ſilentii, ſeu non redditæ ad ſingulorum vota Reſponſionis, traduntur. Francof. 1624, in 8.

Cantilenæ intellectualles, de Phœnice Redivivo. Roſtochii, 1622, in 12.

MICHAEL MELDENARIVS

Exercitationum Phyſiognomicarum libri IV. Wittebergæ, 1616, in 8.

MICHAEL NEANDER, *ex Valle Ioachimica*

Phyſicæ, ſive potius Sylloge Phyſicæ rerum eruditarum ad omnem vitam utilium pars prima. Lipſiæ, 1591, in 8.

Synopſis menſurarum & ponderum, ponderationiſque menſurabilium ſecundum Romanos, Athenienſes, Georgos, & Hippoiatros, ex præſtantiſſimis Auctoribus hujus generis contracta. Acceſſerunt quæ apud Galenum hactenus extabant de Ponderum & Menſurarum ratione vehementer depravata, nunc Græce & Latine multo correctiora. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1555, in 4.

MICHAEL PETRVS MARIA

Theriaca & Mithridatium. Patavii, 1652, in 4.

MICHAEL POLL

Structura ἀνθρωπολογικὴ, ſive σωματολογικὴ, quam ex optimis quibuſque Phyſiologis, & peritiſſimis Anatomicis apte conſtructam in Medicinæ ſtudioſorum gratiam publici juris fecit. Brandenburgi, apud Frider. Hartmannum, 1616, in 4.

MICHAEL POTIER, *Dortmontanus*

Philoſophia pura, qua non ſolum vera materia, veruſque proceſſus lapidis Philoſophici multo apertius, quam hactenus ab ullo Philoſophorum proponitur: ſed etiam viva totius myſterii revelatio filiis ſapientiæ offertur, quod typis nunquam viſum quamdiu ſtetit mundus. Acceſſit ſub calcem Iudicium de Fratribus Roſeæ Crucis. Francof. apud Lucam Ienniſium, 1629, in 8.

Novus tractatus Chymicus, de Vera materia, veroque Proceſſu Lapidis Philoſophici, quo pleniorem, planiorem, atque fideliorem hactenus non vidit Mundus. Cui acceſſit ſub calcem ut verum, ita ſincerum de Fraternitate Roſeæ Crucis Iudicium. Francof. apud Hartmannum Palthenium, 1617, in 8.

Redivivi Apologia, contra Alchymiſtam Impoſtorem, qui Philoſophum hunc in arte lapidis Philoſophorum verum ac indubitatum, impoſturæ ſuſpectum facere conatus eſt, fidem ut ſibi apud rerum incautos pararet, &c. Francof. ſumptibus Autoris, 1631, in 4.

Fons Chymicus, id eſt: Vera auri & argenti conficiendi, ex naturalis Philoſophiæ venis ſcaturiens ratio, ut olim ita & nunc à multis ejus artis ignaris & zoilis quidem impetita, Apologetice tamen acriter defenſa. Coloniæ, apud Conſtantinum Munich, 1637, in 4.

Veredarius Hermetico-Philoſophicus lætum & inauditum nuncium adferens, id eſt, Secreti naturæ ſecretiſſimi de conficiendo nimirum Lapide Philoſophico, perſonalem & vivam relationem veris veræ ſapientiæ filiis, nunquam & nuſquam ante hunc diem viſo vel audito modo, fideliter & finaliter offerens. Francof. apud Aubrios & Clem. Schleich, 1622, in 8.

MI-

MICHAEL PSELLVS, *Philoſophus Peripateticus & Medicus Græcus, eruditus & clarus, & in Theologia haud vulgaris. Floruit ſub Henrico* IV, *&* V, *Imperatoribus. A. C.* 1102.

De Victus ratione libri duo. Georgio Valla interprete. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. cum Rhazæ, cognomento Experimentatoris, de Peſtilentia libro: & Ioannis Manardi Ferrarienſis Medici in Artem Galeni medicinalem luculenta expoſitione.

MICHAEL RAPHAEL SMVTZ

Methodus curandi calculum. Neoburgi, 1640, in 12.

MICHAEL REVDENIVS, *Bambergenſis*

De novo Gummi purgante Epiſtola ad D. Ioh. Adamum Schwartzium Med. Vinarienſem. Ejuſdem Apologia ad D. Philippum Hechſtetterum Med. Auguſtanum. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1625, in 12.

Epiſtolæ Clariſſ. quorundam Medicorum de Thermis. Extant in Wenceſlai Payer de Cubito Tractatu, de Thermis Carolinis. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1614, in 8.

MICHAEL RVCKERVS

Diſputatio Medica de Sanitate tuenda. Tubingæ, apud Georg. Gruppenbach, 1583. in 4.

MICHAEL RVPERTVS BESLERVS

Admirandæ fabricæ humanæ mulieris partium generationi potiſſimum inſervientium, & fœtus fidelis, quinque tabulis ad magnitudinem naturalem & genuinam typis æneis impreſſis, hactenus numquam viſa delineatio. Noribergæ, apud Ieremiam Dumlerum, 1640, in reg. fol.

Gazophylacium rerum naturalium è regno vegetabili, animali, & minerali depromptarum nunquam hactenus in lucem editarum fidelis, cum Figuris æneis ad vivum repræſentatio. Noribergæ, apud eundem, 1642, in reg. fol.

Obſervatio Anatomico-Medica mulieris tres filios enixæ. Noribergæ, 1644, in 4.

Viretum admirandum. Noribergæ, 1646.

MICHAEL SCHON, *Coburgenſis*

Epiſtolæ binæ Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

MICHAEL SCOTVS

Phyſiognomia & de Hominis Procreatione. Pariſiis, apud Dionyſium Roce, 1508, in 8.

Quæſtio curioſa de natura Solis & Lunæ. Extat Volumine quinto Theatri Chymici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

Avicennæ de Animalibus, ex Arabico in Latinum tranſtulit. Extat in fol. editionis, neque tempore, neque loco expreſſis.

Tractatus de ſecretis naturæ. Francof. 1615, in 12.

Menſa Philoſophica. Lipſiæ, 1603, in 8.

MICHAEL SENDIVOGIVS, *Polonus*

Lumen Chymicum novum duodecim tractatibus diviſum, & totidem antiquis figuris in Germania nuper repertis notiſque clariſſimis illuminatum, renovatum, illuſtratum. Erphordiæ, apud Philippum Wittelum, 1624, in 8.

De vero Sale ſecreto Philoſophorum, & de Vniverſali Mundi Spiritu Tractatus, ex Gallico in Latinum verſus à Ludovico Combachio. Caſſellis, apud Iac. Gentſchium, 1651, in 8.

Hujus aliud opus exſtat ſub nomine Leſchi, ubi vide.

MICHAEL TOXITES

Onomaſtica duo. I, Philoſophicum Medicum Synonymum ex variis vulgaribuſque linguis. II, Theophraſti Paracelſi, hoc eſt, earum vocum, quarum in ſcriptis ejus ſolet uſus eſſe, explicatio. Argentorati, apud Bernardinum Iobin, 1574, in 8.

Spongia Stibii adverſus Lucæ Stenglii Med. Doct. & Phyſici Auguſtani Aſpergines. Argentinæ, apud Chriſtianum Mylium, 1567, in 4.

Libri XIV Paragraphorum Philippi Theophraſti Paracelſi, Philoſophi ſummi, & utriuſque Medicinæ Doctoris præſtantiſſimi. Nunc primum in communem utilitatem integritati reſtituti, Latiniſque explicationibus qua fieri potuit diligentia, atque ſtudio illuſtrati. Argentorati, apud Chriſtianum Mylium, 1575, in 8.

MICHAEL de la VIGNE, *Vernoneus*

Orationes duæ. Quarum prior habita eſt apud Dom. Proprætorem Vrbanum, die IX Decemb. M DC XLIII. Poſterior in frequenti Senatu Calendis Martiis, anno Dom. M DC XLIV. adverſus Theophraſtum Renaudot, Gazettarium, Med. Monſpelienſem, & omnes Medicos extraneos, Lutetiæ Pariſiorum Medicinam illicite factitantes. Pariſiis, apud Claud. Marlot, 1644, in 4.

MICHAEL VILLANOVANVS, *Galeni Interpres Doctiſſimus, & Medicus excellens. Vixit A. C.* 1537. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Syruporum univerſa ratio ad Galeni cenſuram diligenter expolita. Cui poſt integram de concoctione diſceptationem, præſcripta eſt vera purgandi methodus, cum expoſitione Aphoriſmi: Concocta medicari. Pariſiis, 1537, in 8. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1545, in 8. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1546, in 8.

MICHAEL VENETVS

De morbo peſtilente Commentatiuncula. Schmalcaldiæ, apud Michaëlem Schmuck, 1582, in 8.

MICHAEL VRANIVS

De morbo peſtilente. Smalkaldiæ, 1582, in 8.

MICHAEL ZANARDVS, *Bergomenſis*

Diſputationes de Vniverſo Elementari, in tres partes diviſæ. In prima, de Elementis, & mixtis diſputatur. In ſecunda, de generatione, & corruptione, & mixtione, temperamentis, actione, alteratione, augmento, decremento, nutritione, & concoctione diſſeritur. In tertia, de meteoris, & in his inter cætera, de Melle, Manna: Signis Peſtilentiæ: De Aquis, & Piſcibus; de Metallis, Lapidibus, Plantis, Serpentibus, Quadrupedibus, aliiſque. Venetiis, apud Ambroſ. Dei, 1619, in 4.

Diſputationes de Vniverſo Parvo, mixto Homine; uſque in ſenium conſervando. Ventilantes & concludentes cauſas longitudinis & brevitatis vitæ; temperamenta ejuſdem cognoſcenda per ſigna, rationes naturales, & Phyſiognomiam, quoad totum & ſingulas partes. Definientes inſuper, quomodo poſſit homo diu vivere, & mortem in ſecundis cauſis retarda-

tardare, per Cibum, Potum, Somnum, Vigilias, Exercitationem, Ocium, Venerem, Balneum, Evacuationes, fugiendoque animi paſſiones, & excedentes Elementorum qualitates. Venetiis, apud Ambroſ. Dei, 1619, in 4.

MICRERIS

Tractatus Chymicus ad diſcipulum ſuum Mirneſindum. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

MIGNOTYDVS

De Peſte libri tres. Mediolani, 1535, in 4.

MORIENVS ROMANVS, *Eremita*

De re Metallica, Metallorum tranſmutatione, & occulta ſummaque antiquorum medicina, Libellus. Item, Bernardi Trevirenſis Reſponſio ad Thomam de Bononia de Mineralibus, & Elixiris ſeu Pulveris Philoſophici compoſitione, quæ pars eſt ſecretioris Phyſicæ, ſcholiis aliquot per Robertum Vallenſem illuſtrata. Ad calcem adduntur Tabulæ breves ab eodem Rob. Vallenſi conſcriptæ, quæ antiquorum intentionem de pulveris Philoſophici compoſitione, abſtruſis eorum ſcriptis & ænigmatibus involutam, declarant. Pariſiis, apud Guil. Guillard, 1559. 1574, in 4. Hanoviæ, 1593, in 8.

MOSCHION

De Muliebribus affectibus liber unus: cum Conradi Geſneri ſcholiis & emendationibus, nunc primum editus Græce opera ac ſtudio Caſpari Wolphii Tigurini. Baſileæ, apud Thom. Guarinum, 1566, in 4. Extat autem Græce & Latine, in Gynæciorum libris, ab Iſr. Spachio editis, pag. 1. Baſileæ, apud Henricum Bebelium, 1538, in 8. apud Conradum Waldkirch tomo I Gynæciorum, adjectis remediis quibuſdam incerti autoris, quæ poſt Moſchionis librum ſcripta reperiuntur.

MOYSES ALATINVS

Galeni commentarium, in Hippocratem de Aëre, Aquis & Locis, interpretatus eſt.

MOYSES HELT

De læſa ſubſtantia Cerebri Obſervatio ſingularis, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 496.

MVNDINVS, *Anatomicus illuſtris. Errores ejus taxat Matthæus Curtius. Vixit A. C. 1305. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Anatome omnium humani corporis interiorum membrorum. Papiæ, apud Anton. de Carcano, 1478, in fol. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1507, in fol. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1509, in 4. Lugduni, apud Blanchardum, 1529, in 8. cum Annotationibus, præſertim ad margines, Arnoldi Villanovani. Marpurgi, apud Chriſt. Egenolphum, 1541, in 4. Adjectæ ſunt quarumcunque partium corporis ad vivum expreſſæ figuræ. Adſunt & Scholia non indocta, quæ prolixorum commentariorum vice eſſe poſſunt. Venetiis, 1638, in 12.

MVNDINVS de LENTIIS, *Florentinus. Vixit A. C. 1305. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Expoſitio, ſeu Canones univerſales ſuper Meſuem. Extant cum Meſues Operibus. 1541, in fol.

Mvndinvs Mvndinivs, *Vicentinus*

Diſputatio in tres partes diviſa, In qua ea, quæ de Semine ſunt controverſa inter Peripateticos, veteres Medicos, & doctiſſimos quoſdam Neotericos accuratiſſime diſcutiuntur. Tarviſii, apud Aurelium Reghetinum, 1609, in 4. Venetiis, apud Societatem, eodem anno, in 4.

De Genitura pro Galenicis adverſus Peripateticos, & noſtræ ætatis Philoſophos ac Medicos, Diſputatio. In qua nova præſertim dogmata ſpectantia ad fœtuum generationem, ſimilitudines, morbos hæreditarios, notas corporis, facultatem formatricem, calidi nativi, animarumque corruptibilium originem refelluntur. Necnon Animatio Seminis adverſus recentiores omnes conſtanter defenditur. Venetiis, apud Euangeliſtam Deuchinum, 1622, in 4.

Ad Diſputationem de Genitura additamentum apologeticum. In quo Æmilii Pariſani Opinionem de Seminis à toto proventu, & de ſtigmatum cauſis ab omni probabilitate alienam eſſe ſuſtinetur. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1625, in 4.

Annotationes in Conſultationes & Reſponſa Medicinalia Hieron. Mercurialis. Extant cum poſtrema Editione. Venetiis, apud Iacob. de Franciſcis, 1620, in fol.

N.

Narcissvs Solanvs

Concordia Barcinonenſium Medicorum & Pharmacopolarum. Barcinonæ, 1543. in 4.

Nardvs Antonivs Reccvs

Plantarum, Animalium & Mineralium Mexicanorum Hiſtoria. Cum expoſitione Ioan. Fabri Lyncei, & Annotationibus Fabii Columnæ Lyncei. Item Principis Federici Cæſii Phytoſophicarum Tabularum pars prima. Item Franciſci Fernandei Hiſtoriæ Animalium & Mineralium novæ Hiſpaniæ liber unicus. Romæ, 1648, in fol.

Epitome rerum medicarum novæ Hiſpaniæ. Francofurti,

Natalis Montesavrvs, *Veronenſis*

De Diſpoſitionibus, quas vulgo *Mal Franzoſo* appellant, tractatus. Extat tomo 1 Operum de Morbo Gallico, pag. 100.

Nathanael Chytrævs

Epiſtola Satyrica adverſus Peſtem. Roſtochii, 1624, in 4.

Nathanael Highmorvs, *Oxonienſis*

Corporis Humani diſquiſitio Anatomica: in qua Sanguinis circulationem in quavis corporis particula, plurimis typis novis, ac Ænigmatum Medicorum ſuccincta dilucidatione ornatam proſecutus eſt. Hagæ Comitis, apud Sam. Broun, 1651, in fol.

Exercitationes duæ, quarum prior de Paſſione Hyſterica; altera de Affectione Hypochondriaca. Oxoniæ, apud A. Lichfeld, 1660, in 12.

Nathan Albinevs

Bibliotheca Chemica contracta. Genevæ, apud Ioan. Anton. & Sam. de Tournes, 1654, in 8.

Novum Lumen Chymicum, Ibidem.

Arca-

Arcanum Hermeticæ Philoſophiæ. Ibidem.

Nellanvs Glacanvs, *Tirconallienſis Hibernus*

Curſus Medicus, libris XIII propoſitus & in tres Tomos diviſus. I. continet Phyſiologiam, & Prolegomena. II. Pathologiam: ſeu morbos, morborum Cauſas, & Symptomata. III. Semeiotica: De Signis, Criſibus, Pulſibus & Vrinis. Bononiæ, apud Sebaſt. Combi, & Ioan. Lanou, 1655, in 4.

Nemesivs

De natura hominis liber. Græce à Nicolao Ellebodio editus, & ab eodem Latine converſus. Antverpiæ, apud Plantinum, 1584, in 8. & Latine, Georgio Valla interprete. Lugduni, apud Gryphium, 1538, in 8.

Nerevs Nerivs, *Florentinus*

Aſſertio, quod in ſiniſtri lateris ſtupore à cauſa frigida oborto licet mittere ſanguinem per ſedis venas, & applicare cauterium occipiti. Extat cum Anton. Alvarez, Epiſt. & Conſ. parte. Neapoli, apud Horat. Salvianum, 1585, in 4, pag. 116, & 124.

Nicander, *Colophonius, vel Ætolus, Grammaticus, Poëta, & Medicus clarus, tempore Attali Regis Aſiæ, juvenis illius, qui Gallo-Græcos vicit; & Seleuci Philopatoris Aſiæ & Syriæ. Vixit A. M. 3716. A. ante C. 184. Aliis 176. VVolfg. Juſtus, in Chronol. Medicorum.*

Theriaca. Ejuſdem Alexipharmaca. Interpretatio innominati autoris in Theriaca. Commentarii diverſorum autorum in Alexipharmaca. Expoſitio ponderum, menſurarum, ſignorum & characterum. Græce. Coloniæ, apud Ioa. Soterem, 1530, in 4. Pariſiis, apud Guil. Morelium, 1557, in 4. Venetiis, apud Aldum, 1506, in fol. cum Dioſcoride Græco, & ſeorſim, 1523, in 4. Græco-Latine. Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1566, in fol. & ibidem, apud Guil. Morelium, 1557, in 4, interprete Ioanne Gorræo Medico Pariſienſi, verſu heroico. 1549, in 8. Aureliæ Allobrogum, apud Petrum de la Rouiere, 1606, in fol. utrobique cum Poëtis veteribus.

Nicander Iossivs, *Venafranus*

Opuſcula de Voluptate, & Dolore: De Riſu, & Fletu: De Somno, & Vigilia: de Fame, & Siti. Romæ, apud Franc. Zanettum, 1580, in 4. Francof. apud Wolfgangum Richterum, 1603, in 8. Cui acceſſerunt Antonii Laurentii Politiani de Riſu, ejuſque cauſis, & effectis dilucide ac Philoſophice tractatis, libri duo.

Nicephorvs Gregora, *Patriarcha Conſtantinopolitanus*

Interpretamenta ſomniorum ſecundum ordinem alphabeti verſibus Iambicis, Græco-Latine. Lutetiæ, apud Marcum Orry, 1603, in 4. cum Artemidori Oneirocriticis à Nicolao Rigaltio editis.

Explicatio in Librum Syneſii de Inſomniis, extat Græce, cum operibus Syneſii. Pariſiis, apud Adrianum Turnebum, 1553, in fol. Græce & Latine ex verſione Antonii Pichonii à Fed. Morello recognita, una cum Operibus Syneſii. Lutetiæ, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. pag. 349.

Nicolavs Abrahamvs Frambesarivs, *Veromanduus*

Opera medica. Quibus continentur: 1, Canones & Conſultationes medicinales, medendis omnibus partium corporis affectibus Animalium, Vitalium, & Naturalium, veram Medendi Methodum & Praxin

ſex prioribus libris exhibentes. II, Canones chirurgici curationem Methodicam exteriorum corporis affectuum & interiorum tribus poſterioribus libris proponentes. III, Apologia pro veritate & innocentia Medicamentorum chymicorum adverſus Criminatores. IV, Laurea Academica Frambeſariana. V, De præſervatione Peſtis. Francof. apud Guilielm. Fitzerum, 1629, in 4.

Scholæ medicæ ad Candidatorum examen pro Laurea impetranda ſubeundum. Pariſiis, apud Abrah. Pacard, 1622, 1636, in 12. Lugd. Bat. apud Ioa. Maire, 1628, in 12.

Ambroſiopœa, in qua elegantes medicamentorum præparationes, ad morborum curationem, cito, tuto, & jucunde moliendam præſcribuntur. Pariſiis, apud Abrah. Pacard, 1622, in 12. Lugd. Bat. apud Ioa. Maire, 1628, in 12. Cum Scholis medicis.

Canonum, & Conſultationum medicinalium libri tres. Quibus aphoriſtica methodus medendi affectibus corporis partium animalium, vitalium, & naturalium continentur. Pariſiis, apud Mich. Sonnium, 1595, in 16. 1619, in 8.

NICOLAUS ALEXANDRINUS, *Medicus Græcus vetuſtiſſimus. Vixit ante Æginetam. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. ſecundum Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. circa A. C.* 1200.

De Compoſitione medicamentorum ſecundum loca, translatus è Græco in Latinum à Nicolao Rhegino Calabro, cum breviſſimis annotationibus locorum difficilium Ioannis Agricolæ Ammonii. Ingolſtadii, apud Weiſſenhorn, 1541, in 8. Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1543, in 8. 1556, in 4. Vide Nicol. Myrepſum.

NICOLAUS AGERIUS

Theſes medicæ phyſicæ de Homine ſano; item de Dyſenteria. Argentorati, 1593, in 4.

NICOLAUS ANGELELLUS

De Menſium diminutione & Mola, ac Ventriculi dolore Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 310.

NICOLAUS BARNAUDUS, *Delphinas*

Brevis Elucidatio Arcani Philoſophorum. Lugd. Batav. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8. cum Triga Chemica à ſe edita.

Commentariolum in quoddam Epitaphium Bononiæ ſtudiorum, ante multa ſæcula marmoreo Lapidi inſculptum, & quadriga aurifera. Extat Volumine III Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. Lugd. 1597, in 8.

Tractatum Chemicum, inſcriptum: Theoſophiæ palmarium, incerti Autoris, edidit. Lugdun. Batav. apud Thom. Baſſon, 1601, in 8.

Item Epiſtolam cujuſdam Patris ad Filium, de occulta Philoſophia. Ibid. apud eundem.

NICOLAUS BERTRUTIUS, *Bononienſis. Medicus inſignis. Vixit ſub Conrado* IV. *Imperatore, A. C.* 1250. *VVolf. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Compendium, ſive (ut vulgo inſcribitur) Collectorium artis medicæ tam practicæ, quam ſpeculativæ, recognitum & ſuæ integritati reſtitutum per Iohannem Cæſarium. Colon. apud Melchiorem Noveſianum, 1537, in 4. Lugd. 1509, in 4.

Me-

Methodus cognoſcendorum morborum cum particularium, tum univerſalium. Moguntiæ, 1534, in 4.

In Medicinam Practicam introductio. Extat cum Enchiridio Medico, Argentinæ, apud Ioa. Albertum, 1533, in 24, impreſſo.

NICOLAVS BIESIVS, *Gandavenſis*

Theoreticæ Medicinæ, libri ſex, quibus omnia hujus artis præcepta explicantur. Antverpiæ, apud Martinum Nutium, 1558, in 4.

In Artem medicam Galeni Commentarii. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1560, in 8.

De Methodo Medicinæ liber unus. Antverpiæ, apud Mart. Nutii Viduam, 1564, in 8. Lovanii, 1564, in 8.

De Natura lib. v. Antverpiæ, apud Martini Nutii Viduam. 1573, 1593, in 8. Ibid. apud Gisbertum Ianſſenium, 1613, in 8.

NICOLAVS BOCCANGELINVS

De Febribus, morbiſque malignis & peſtilentia, earumque cauſis, curatione & præſervatione liber. Madriti, apud Ludovicum Zanchez, 1600, in 4. 1604, in 4.

NICOLAVS BRAVN

De gravi Catharro Epiſtolicum Conſilium, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 471.

NICOLAVS BVCCELLA

Refutatio ſcripti Simonis Simonii Lucenſis, cui titulum fecit, D. Stephani primi Polonorum Regis, &c. Sanitas, Vita medica, Ægritudo, Mors. Cracoviæ, apud Alexium Rodecium, 1588, in 4.

NICOLAVS CABEVS, *Ferrarienſis, è Societ. Ieſu.*

Philoſophia Magnetica, in quo Magnetis natura penitus explicatur, Ferrariæ, apud Franciſcum Succium, 1629, in fol.

NICOLAVS CLAVENA, *Bellunenſis*

Hiſtoria Abſinthii Vmbelliferi. Cenetæ, 1609, in 4. Venetiis, apud Euangeliſtam Deuchinum, 1610, in 4.

Hiſtoria Scorzoneræ Italicæ. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1610, in 4.

NICOLAVS CVRTIVS

Libellus de Medicamentis lenientibus, præparantibus, & purgantibus. Medicinæ ſtudioſis utiliſſimus, ac maxime neceſſarius. Olim in Academia Patavina, anno MDLXXV propoſitus. Extat cum Ioh. Ieſſenii Conſilio adverſus Peſtem, &c. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1615, in 12.

Methodus Conſultandi. Extat lib. XIV, cap. III Bibliothecæ ſelectæ, Antonii Poſſevini, editæ Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1603, in fol.

NICOLAVS de CVSA

Idiotæ, de Staticis experimentis, Dialogus IV. Extat cum reliquis ejus operibus. Baſileæ, apud Henric. Petrum, 1565, in fol.

NICOLAVS DACIER, *Trecenſis*

Synopſis methodica Pharmacorum omnium, quæ in communi ſunt practicantium uſu, omnibus qui medicinæ factivæ ſtudio tenentur utiliſſima,

ma, in duos libros diducta. Trecis, apud Nicol. Ruſſet, 1618, in 8. Ibid. apud Iohan. Griffardum, 1614. in 8.

NICOLAUS DORTOMANNUS, *Monſpelienſis*

De cauſis & effectibus Thermarum Belilucanarum parvo intervallo à Monſpelienſi urbe diſtantium, libri duo. Lugd. apud Carolum Peſnot, 1579, in 8.

NICOLAUS ELLEBODIUS

Nemeſii librum, de Natura Hominis, è Græco, in Latinum converſum edidit.

NICOLAUS EPIPHANIUS

Succincta medicinalis practica, nec non aliquot medicamentorum compoſitiones præſtantiſſimæ. Extant cum Diſpenſatorio Chymico Ioan. Rænodæi, Pariſiis, 1623, in 4. Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1626, in 8.

NICOLAUS FLAMELLUS

Annotationes Chymicæ ex Democrito, Gebro, Lullio, Villanovano, aliiſque autoribus, extant cum Bern. Treviſani libro de Chymico miraculo: per Gerardum Dorneum edito, Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 820.

NICOLAUS FLORENTINUS

Sermonum Scientiæ Medicinæ Tom. III. Venetiis 1507, in fol.

NICOLAUS FONTANUS, *Amſtelredamenſis*

Inſtitutiones Pharmaceuticæ, ex Bauderonio, & du Boys, in Pharmacopœorum gratiam potiſſimum concinnatæ. Amſterdami, apud Iacobum Charpentier, 1633, in 12.

Aphoriſmi Hippocratis Methodice diſpoſiti. Quibus accedit Tractatus de Extractione fœtus mortui per uncum. Amſtelodami, apud Iacobum Charpentier, 1633, in 12.

Florilegium Medicum: in quo Flores univerſæ medicinæ, tam theoricæ, quam practicæ, per partes diſtinctas proponuntur, & raris, utilibus, illuſtribuſque quæſtionibus exornantur. Opus non ſolum Medicis, verum & Chirurgis apprime jucundum & neceſſarium. Amſtelredami, apud Henricum Bernardi ab Hartoghsvelt, 1637, in 12.

Commentarius in Sebaſtianum Auſtrium de Puerorum morbis. Amſtelædami, apud Ioh. Ianſſonium, 1642, in 12. & 8.

Obſervationum rariorum Analecta. Ib. apud Henr. Laur. 1641, in 4.

Reſponſionum & curationum medicinalium liber unus. Amſtelæd. apud Ioh. Ianſſonium, 1639, in 12.

Syntagma Medicum de morbis mulierum, in quatuor tomos diſtinctum. Amſtelodami, 1645, in 12.

Fons ſive Origo Febrium, earumque Remedia. Ibid. 1644, in 12.

Reſponſio ad propoſitam ſibi quæſtionem, An manus clavis transfixæ pares ſint ferendo corpus inde pendulum. Amſtelod. in 4.

Annotationes ad Epitomen Anatomiæ Andreæ Veſalii. Ibid. apud Ioh. Ianſonium, 1642, in fol.

Auctarium Annotationum in Praxin Artis Medicæ Remberti Dodonæi. Ibid. apud Henr. Laurentii, 1640, in 8.

NICOLAVS GVIBERTVS, *Lotharingus*

Aſſertio de Murrhinis, ſive de iis, quæ Murrhino nomine exprimuntur, adverſus quoſdam, de iis minus recte differentes. Francof. apud hæredes Wecheli, 1597, in 8.

Alchymia ratione & experientia ita demum viriliter impugnata & expugnata, una cum ſuis fallaciis & deliramentis, quibus homines imbuninarat; ut nunquam in poſterum ſe erigere valeat. Item, de Balſamo, ejuſque Lacrymæ quod Opobalſamum dicitur, natura, viribus, & facultatibus admirandis. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1603, in 8.

NICOLAVS HASIVS, *Leidenſis*

Manuductio ad Artem Medicam. Extat cum ejuſdem Tractatu, de Modis Non-Entis, & Entis & de Religione in genere, Amſtelædami, apud Nicol. Ravenſtein, 1649, in 8.

NICOLAVS HAVPASIVS, *Atrebas*

Aphoriſmi Hippocratis, è Græco in Latinum verſi & luculentiſſimis enarrationibus illuſtrati. Duaci, apud Iacobum Boſcardum, 1563, in 4.

NICOLAVS HEINIVS, *VViſmarienſis*

Opera, quæ exſtant, omnia. Ex nova interpretatione Iani-Antonii Sataceni, Lugdunæi. Addita ſunt ad calcem ejuſdem interpretis Scholia, in quibus variæ codicum variorum lectiones examinantur, diverſæ de Medica materia, ſeu priſcorum, ſeu etiam recentiorum ſententiæ proponuntur, ac interdum conciliantur: ipſius denique Autoris corruptiora, obſcuriora, difficilioraque loca reſtituuntur, illuſtrantur, & explicantur. Francof. apud Claud. Marnium & Ioan. Aubrium, 1598, in fol.

De Materia Medica libri quinque. Græce. Venetiis, apud Aldum, 1506, in fol. Baſileæ, apud Ioan. Bebelium, 1529, in 4. Iano Cornario caſtigatore. Græco-Latine. Pariſiis, apud Viduam Arnoldi Birckmanni, 1549, in 8. Libri ſex Ioanne Ruellio interprete. Pariſiis, 1537, in 8. cum caſtigationibus Iacobi Goupyli. Latine Libri ſex. Ex interpretatione Marcelli Virgilii, cum ejuſdem commentationibus, ex ſecunda Interpretis recognitione excuſi. Cum indice Latine, & Græce, ſuper Autorem, atque commentationes Interpretis. Florentiæ per hæredes Philippi Iuntæ, 1523, in fol. Coloniæ, 1529, in fol. Et Iani Cornarii, cum Ejuſdem Emblematis ſingulis capitibus adjectis. Et Dioſcoridæ de Beſtiis venenum ejaculantibus, & lethalibus medicamentis libri duo, eodem interprete: cumque ejuſdem, in eoſdem libros, Expoſitionum lib. 11. Innumeris locis ab Andrea Matthiolo emendati, ac reſtituti. Baſileæ, 1557, in fol. Lugduni, apud Antonium Vincentium, 1554, in 16. Rurſus interprete Iano Antonio Saraceno Lugdunæo. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1598, in 16.

Εὐπόριστα ad Andromachum, hoc eſt, de curationibus morborum per medicamenta paratu facilia, libri 11. Nunc primum & Græce editi, & partim à Ioanne Moibano Med. Auguſtano, partim vero poſt hujus mortem à Conrado Geſnero in linguam Latinam converſi: adjectis ab utroque interprete Symphoniis Galeni aliorumque Græcorum Medicorum. Argentorati, apud Ioſiam Rihelium, 1565, in 8.

Pharmacorum ſimplicium Reique Medicæ libri octo. Ibid. 1529 in fol.

PELAGIVS

In Democritum Abderitam de Arte ſacra, ſive de rebus naturalibus, & myſticis, Commentaria. Extant cum Antonii Mizaldi Memorabilium Centuriis IX. Coloniæ, apud Ioan. Birckmannum, 1574, in 16.

PELAGONIVS

De Mulomedicina capita aliquot, extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem, Baſileæ, apud Ioannem Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re ruſtica fragmenta aliquot, extant in *Γεωπονικῶν*: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. XX Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis.

ris. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis, Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete. Baſileæ, apud Frobenium, 1540. in 8.

PEREGRINVS PITORIVS

Opobalſami Romani Cenſura. Venetiis, 1642, in 8.

PERSIVS TREVVS i.e. PETRVS SERVIVS

Ad librum de Seri Lactis Stephani Roderici Caſtrenſis Luſitani Declamationes, ſeu Privatæ quædam, ac domeſticæ Exercitationes. Pariſiis, 1632. Romæ, apud Franciſcum Corbellettum, 1634, in 8.

PETRVS de ABBANO

Hippocratis Coi, De Medicorum Aſtrologia libellum, in Latinum tranſtulit.

Tractatus de Venenis. Mantuæ, 1473, in 4.

PETRVS ALONSO, *de Sandoval*

De inſtauranda Æthiopum ſalute. Sevillæ, 1627, in 8.

PETRVS de ALVERNIA

Commentarii in Ariſtotelis libros de motibus animalium, de longitudine & brevitate vitæ, de juventute & ſenectute, de reſpiratione, de vita & morte. Venetiis, apud hæredes Octav. Scoti, 1507, in fol.

PETRVS AMELVNGIVS, *Stendalenſis*

Tractatus nobilis primus, in quo Alchimiæ, ſeu Chemicæ artis antiquiſſimæ, nobiliſſimæ & jucundiſſimæ, cùm inventio & progreſſio, obſcuratio & inſtauratio, tum dignitas, utilitas, & neceſſitas demonſtratur; & ſimul convincitur, res naturales, ex quibus morborum remedia deſumuntur, impura & maligna qualitate non carere, addita dictæ labis rerum, naturalium origine & cauſa veriſſima. Lipſiæ, apud Iacobum Apelium, 1607, in 8.

Tractatus nobilis ſecundus, continens Apologiam, quæ maculam à D. Guilhelmo Bokelio Collenſi, Stendaliæ Medico, antiquæ, nobili, & præſtanti Hermeticæ, ſeu Chemicæ Medicinæ, temere aſperſam abſpergit, diluit, atque repurgat; atque ſimul arguit, quod, cum jam dicti Bokelii, non tantum medendi Methodus ſit irrationalis atque plane Empirica, verum etiam cum purgantia, tum alterantia remedia, quibus utitur, ſint venenata, deleteria, corroſiva, impura, &c. ſint maxima ex parte peregrina, noſtris naturis adverſa, corrupta, varie inter ſe confuſa, omittantur in illis Lapides, Mineralia, & Metalla, neque legitima, quæ Chemica eſt, arte præparata, nec juſta, quæ tamen omnium debebat eſſe exactiſſima, obſervetur doſeos ratio, idque contra rationem, experientiam, atque clariſſimorum Medicorum medendi leges, nec poſſit, nec debeat illis uti amplius. Cum adnexione reſponſionis ſpecialioris ad prædictam, antiquiſſimæ, nobiliſſ. & præſtantiſſ. arti Medicæ Hermeticæ ab antedicto Guil. Bokelio illatam infamiam removendam. Lipſiæ, apud Abrah. Lamberg, 1608, in 8.

PETRVS ANDREAS CANONHERIVS

In ſeptem Aphoriſmorum Hippocratis libros Medicæ, Politicæ, Morales, ac Theologicæ interpretationes. Antverpiæ, apud Petrum & Ioan. Belleros, 1617, in 4.

De Admirandis Vini virtutibus libri tres. Antverpiæ, apud Hieron. Verduſſium, 1627, in 8.

De Curioſa doctrina libri quinque. Florentiæ, apud Volcmarium Timan, 1607, in 8.

PETRUS ANDREAS MATTHIOLUS, *Senenſis Medicus utriusque linguæ præſtantiſſimus. inclaruit A. C. 1554. Juſtus in Chronol. Medic.*

Opera quæ extant omnia: hoc eſt, Commentarii in VI libros Pedacii Dioſcoridis Anazarbei de Medica materia: Adjectis in margine variis Græci textus lectionibus, ex antiquiſſimis Codicibus deſumtis, qui Dioſcoridis depravatam lectionem reſtituunt: nunc à Caſparo Bauhino D. Botanico & Anatomico Baſilienſi ordinario, poſt diverſarum editionum collocationem infinitis locis aucti: Synonymiis quoque plantarum & notis illuſtrati: adjectis plantarum iconibus, ſupra priores editiones plus quam trecentis (quarum quamplurimæ (ſcil. L. novæ, nec viſæ) nunc primum deſcribuntur) ad vivum delineatis. De ratione deſtillandi aquas ex omnibus plantis: & quomodo genuini odores in ipſis aquis conſervari poſſint. Item Apologia in Amatum Luſitanum, cum Cenſura in ejuſdem Enarrationes. Epiſtolarum medicinalium libri quinque. Dialogus de Morbo Gallico. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1598, in fol.

Commentarii in VI libros Pedacii Dioſcoridis Anazarbei de Medica materia, ab ipſo Autore recogniti, & locis plus mille aucti. Adjectis magnis, ac novis plantarum, ac animalium Iconibus, ſupra priores editiones longe pluribus, ad vivum delineatis. Acceſſerunt quoque ad margines Græci contextus quamplurimi, ex antiquiſſimis Codicibus deſumti, qui Dioſcoridis ipſius depravatam lectionem reſtituunt. Venetiis, apud Felicem Valgriſium, 1565, 1568, & 1583, majoribus figuris, in fol. apud Vincentium Valgriſium, 1554, in fol. minoribus iconibus.

Epiſtola ad Gabriëlem Fallopium de Bulbo Caſtaneo, Oloconitide, Mamira, Traſo, Moly, Doronico, Grano Zelin, Zedoaria, Zurumbeta, Carpeſio. Pragæ, 1558, in 8.

De Plantis Epitome utiliſſima, novis plane & ad vivum expreſſis iconibus, deſcriptionibus, longe & pluribus & accuratioribus nunc primum diligenter aucta & locupletata à Ioanne Camerario. Acceſſit liber ſingularis de itinere ab urbe Verona ad Baldum montem, plantarum ad rem medicam facientium, feraciſſimum, auctore Franc. Calceolario. Francof. 1586, in 4.

Apologia adverſus Amatum Luſitanum, cum Cenſura in ejuſdem Enarrationes. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1558, in 8.

Epiſtolarum Medicinalium libri quinque. Pragæ, apud Georgium Melantrichum ab Aventino, 1581, in fol. Lugduni, apud Cæſarem Farinam, 1564, in 8. Hujus editionis paginas paſſim in hoc Opere citavimus, quoties aliorum ad Matthiolum Epiſtolarum mentionem facimus.

De Simplicium medicamentorum facultatibus ſecundum locos & genera, Opuſculum. Venetiis, apud Vincent. Valgriſium, 1569, in 8. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1571, in 16.

Diſputatio adverſus XX Problemata Melchioris Guilandini. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1563, in 4.

Conſi-

Conſilia Medica, extant eo in opere quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Petrus Angelus Agathus, *Matheras*

Scholia marginalia & nobiles quædam exercitationes ad Gabriëlis Fallopii de Morbo Gallico librum, extant cum hoc ipſo Patavii, apud Lucam Bertellum, 1564, in 4.

Arcanorum liber. Extat cum Gabr. Fallopii Opuſculis. Patavii, apud Luc. Bertellum, 1566, in 4.

Hieron. Capivaccii Opuſculum; De Doctrinarum Differentiis, ſeu de Methodis edidit.

Petrus Angelius Bargæus

Cynegeticôn, ſeu de Venatione, libri VI, cum argumentis Ioſephi Boccæ. Ixeuticôn, vel de Aucupio, liber unus. Eclogæ Venatoriæ IV, quæ in editione Florentina librum ejus Carminum quintum conficiunt. Florentiæ, apud Iuntas, 1568, in 8. Romæ, apud Franc. Zannettum, 1585, in 4. Omnia Latino carmine eruditiſſimo, & utrobique cum reliquis ejuſdem autoris Poëmatiis.

Petrus Antonius Rusticus, *Placentinus, Vixit A. C.* 1503. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Expoſitiones in Avicennam. Tabulæ de Peſte, febri peſtilenti, Igne Perſico & Altoym. Papiæ, apud Bernardinum de Garaldis, 1521, in fol. cum Ioan. Baverii de Imola Conſiliis.

Memoriale Medicorum canonice practicantium. Papiæ, apud eundem, 1517, in 8.

Continet autem

Canones communes medicationem perficientes.
Canones pro curatione febrium neceſſarios.
Canones ad uſum medicinarum requiſitos.
Centum ægritudinum ultimas curationes.
Quingentarum ægritudinum optima medicamenta.

Petrus de Apono al. Abano, *Patavinus, dictus Conciliator. Vir rerum ſcientia admirandus. Philoſophus & Medicus clari nominis. Claruit A. C.* 1300. *Wolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Renatus Moreau. Floruit ſub Clemente* V. *Pontifice. A. C.* 1300. *Magiæ accuſatus & damnatus, obiit pendente lite* 1305. *Ejus Effigies flammis tradita eſt.*

Conciliator differentiarum Philoſophorum, & præcipue Medicorum. Papiæ, apud Gabriëlem de Graſſis, 1490, in fol. Venetiis, apud Octavianum Schotum, 1496, 1504, in fol. apud Iuntas, 1565, in fol.

De Venenis, eorumque remediis liber. Marpurgi, apud Cervicornum, 1537, in 8. Venetiis, apud Ioan. Gryphium, 1550, in 8. poſtea etiam, hac eadem forma, impreſſionis autore, loco, tempore non expreſſis: Cui quidem editioni addita ſunt: Conſilium de Præſervatione à Venenis Guilielmi Grataroli. Hermanni à Nuenare Comitis περὶ τ̃ ἱδρωτικοῦ, id eſt, Sudatoria febre, item Curatio Sudoris Anglici in Germania experta. Ioachimus Schillerus de Peſte Britannica Commentariolus. Omnia operâ Guil. Grataroli ex manuſcriptis exemplaribus collata, aucta, atque illuſtrata.

Supplementum in Meſuem, de Curatione morborum à membris nutritionis ad cor. Extat cum Operibus Meſuæ.

Expoſitio Problematum Ariſtotelis, cum tranſlatione duplici, antiqua ſcilicet, & ea quam Theodorus Gaza edidit. Addita his Tabula à Petro de Tuſſignano confecta, qua cuncta notabilia, quæ in Petri Apponi expoſitionibus continentur, facilia inventu ſunt. Adjunctis his præterea Alexandri Aphrodiſæi, & Plutarchi Cheronæi Problematis. Venetiis, apud Octav. Schotum, 1519, in fol.

Quæſtiones de Febribus, extant Operis Veneti de Febribus, pag. 218.

Excerpta ex Conciliatore de Balneis, extant pag. 222 Operis Veneti de Balneis.

PETRVS de ARGILLATA, *Bononienſis Medicus & Chirurgus. Vixit A. C.* 1490. *Juſtus in Chronol. Medic.*

Chirurgiæ libri ſex. Venetiis, apud Benedictum Genuenſem, 1480, in fol. apud Octav. Scotum, 1492, 1497, & 1499, in fol. Extant quoque Mss. in Bibliotheca noſtra.

PETRVS ARLENSIS, *de Scudalupis*

Sympathia ſeptem metallorum, ac ſeptem ſelectorum Lapidum ad Planetas. Pariſiis, apud Davidem Gillium, 1610, in 8.

PETRVS BARBA

Vera praxis de curatione Tertianæ ſtabilitur, falſa impugnatur, liberantur Hiſpani Medici à calumniis. 1642, in 4. Loco & autore impreſſionis omiſſis.

PETRVS de BAYRO, *Taurinanus. Vixit A. C.* 1503. *Juſtus in Chronol. Medic.*

De Peſtilentia, ejuſque curatione per præſervationum & curationum regimen. Taurini, apud Franc. de Sylva, 1507, in 4. Pariſiis, apud Nicolaum Rouſſel, 1513, in 8.

Lexipyretæ perpetuæ quæſtionis & annexorum ſolutio. De Nobilitate facultatis Medicæ: Vtrum Medicina & Philoſophia ſint nobiliores utroque Iure, ſcil. Civili, & Canonico. Et qui Doctores earumdem facultatum nobiliores ac digniores exiſtant, quomodove incedere, ac invicem præcedere debeant. Taurini, apud Franc. de Sylva, 1512, in fol.

De Medendis humani corporis malis Enchiridion, quod vulgo Veni mecum vocant: cui adjunximus ejuſdem Authoris tractatum de Peſte. Edidit Theodorus Suingerus Baſileenſis. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1563, 1578, in 8. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1561, in 16. Francof. apud Ioh. Saurium, 1612, in 12.

PETRVS BELLONIVS, *Cenomanus*

De Admirabili operum antiquorum, & rerum ſuſpiciendarum præſtantia, liber primus. De Medicato funere, ſeu cadavere condito, & lugubri defunctorum ejulatione, liber ſecundus. De Medicamentis nonnullis, ſervandi cadaveris vim obtinentibus, liber tertius. Pariſiis, apud Bened. Prevoſt, 1553, in 4.

Conſiliorum Medicinalium tomus primus & ſecundu Pariſiis, in fol.

Singu-

Singularium & memorabilium rerum, per varias exteraſque regiones obſervatarum, libri tres: Carolo Cluſio interprete. Extant cum Cluſii Exoticorum libris. Antwerpiæ, 1589, in 8. Lugd. Batavorum, apud Raphelengium, 1605, in fol.

De Arboribus coniferis, reſiniferis, aliiſque ſempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus ad vivum expreſſis. Item de melle Cedrino, Cedria, Agarico, Reſinis, & iis quæ ex coniferis proficiſcuntur. Pariſiis, apud Bened. Prevoſt, 1553, in 4. Et cum Cluſii Exoticorum libris.

De neglecta ſtirpium cultura, earumque cognitione libellus: edocens qua ratione ſilveſtres arbores cicurari & miteſcere queant. Carolo Cluſio interprete. Antverpiæ, apud Plantinum, 1589, in 8. 1605, in fol. & cum Cluſii Exoticorum libris.

De Aquatilibus libri duo. Cum iconibus ad vivam ipſorum effigiem, quoad ejus fieri potuit, expreſſis. Pariſiis, apud Carolum Stephanum, 1553, in 8. forma oblonga.

Obſervationum libri III. Antverpiæ, 1605, in fol.

PETRVS BLANDINVS

De ingenti calculo, & aliis nonnullis obſervatione dignis in cadavere repertis, Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. IV. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 106, 112. Francof. 1646, in fol.

De graviſſima commotione cerebri, & exinde viſus deperditione ſequuta, Epiſtola: extat earundem Obſerv. Cent. V. Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4, pag. 29.

PETRVS BLONDELLVS, *Calexius*

Divi Hippocratis Coi Prognoſticon Latina Ecphraſis ex mente Galeni. Pariſiis, apud Mamerinum Patiſſonum, 1575, in 4.

PETRVS BOCANGELINVS

De Peſte liber. Matriti, ex offic. Imperatricis, 1618, in 4.

PETRVS BONVS LOMBARDVS, *Ferrarienſis*

Introductio in divinam Chemiæ artem. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4. Montisbelligardi, 1602, in 8.

Margarita novella correctiſſima. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1608, in 8. Extat etiam Volumine quinto Theatri Chymici, editi Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1622, in 8.

PETRVS BORELLVS, *Caſtrenſis*

Bibliotheca Chimica ſeu Catalogus librorum Philoſophicorum Hermeticorum. In quo quatuor millia circiter Authorum Chimicorum vel de tranſmutatione Metallorum, re Minerali, & Arcanis, tam Manuſcriptorum, quam in lucem editorum, cum eorum editionibus, uſque ad annum 1653 continentur. Cum ejuſdem Bibliothecæ Appendice, & Corollario. Pariſiis, apud Carolum de Meſnil, & Thom. Ioly, 1654, in 12. Heidelbergæ, apud Samuëlem Broun, 1656, in 12.

Hiſtoriarum & Obſervationum Medico-Phyſicarum centuriæ IV, raræ, ſtupendæ & inauditæ. Acceſſerunt Iſaaci Catteri Obſervationes raræ, cum vita Renati Carteſii. Caſtris, 1653, in 12. Pariſiis, apud Ioh. Billaine & Viduam Mathurini Dupuis, 1656, in 8.

Petrus Bourdelotius

Hieron. Fabrit. ab Aquapendente Medicinam practicam; cum Æmilii Campalongi tractatu de Vermibus edi procuravit.

Petrus Brissotus, *Gallus, Scholæ Pariſienſis Doctor A. C.* 1514. *Arabum deſertor Græcis addictus fuit. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Clarus ſub Adriano* VI. *Clemente* VII. *Pontificibus, & Carolo* V. *Imperatore A. C.* 1522. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Liber ſive Apologia de inciſione venæ in pleuritide morbo. Baſileæ, apud Thomam Wolffium, 1529, in 8. Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1538, in 8. apud Abrah. Pacard, 1622, in 8. Editio nova illuſtrata à Renato Moreau, qui ἀξίωμα de miſſione ſanguinis in pleuritide ſubjunxit.

Petrus Bruhesius

De Thermarum Aquiſgranenſium viribus, cauſa, ac legitimo uſu, Epiſtolæ duæ, ſcriptæ anno M D L. In quibus etiam acidarum aquarum ultra Leodium exiſtentium facultas & ſumendi ratio explicatur. Antverpiæ, apud Ioan. Poëum, 1555, in 8.

Conſilia quædam de Arthritide, extant eo in opere quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, & Petrum Fiſcherum, 1592, in 8.

Petrus Butzius

Chriſtoph. de Barziziis, Introductorium, cum Practica, Commentariorum in Nonum Razis, emendavit.

Petrus Camanes, *Villafranchenſis*

In duos libros Artis curativæ Galeni ad Glauconem Commentaria, in quibus omnes fere materiæ, quæ ad praxin Medicam, & Chirurgicam occurrunt, dilucide explanantur, & ſubtiliter explicantur. Valentiæ, apud Michaëlem Sorolla, 1625, in 4.

Petrus Candidus Decembrius

De Genitura hominis liber. Romæ, in 8.

Petrus Carrarius, *de monte Silice*

Quæſtio de Venenis ad terminum. Venetiis, apud Iuntas, 1565, in fol. cum Petri de Apono Conciliatore.

Petrus Castellanus

Κρεωφαγία, ſive de Eſu Carnium, libri quatuor. Antverpiæ, apud Hieron. Verduſſium, 1626, in 8.

Vitæ illuſtrium Medicorum, qui toto orbe ad hæc uſque tempora floruerunt. Antverpiæ, apud Guil. à Tongris, 1618, in 8.

Index omnium Medicorum qui in hoc opere memorantur.

A.

Actuarius.
Acron.
Adrianus Iunius.
Æmylius Macer.
Æſculapius.
Aetius.
Albucaſis.
Albutius.
Alexander Benedictus.
Alexander Maſſaria.
Alexander Trallianus.
Alexias.
Amatus Luſitanus.
Andreas.
Andreas Veſalius.
Andromachus.
Antonius Caſtor.

Anto-

Antonius Cermiſonus.
Antonius Galatheus.
Antonius Muſa.
Apollo.
Apollodorus.
Apollonius Mys.
Archigenes.
Archagatus.
Aretæus.
Ariſtogenes.
Ariſtoteles.
Arnaldus Villanovanus.
Artorius.
Aruntius.
Aſclepiades.
Athenæus.
Avenzoar.
Averrhoes.
Avicenna.

B.

Bacchus.
Baſſianus Landus.
Bernardus Paternus.
Bernardinus Gordonius.
Bertrucius.

C.

Cajus Valgius.
Carpitanus.
Caſſius.
Cælius Aurelianus.
Charicles.
Charmis.
Chiron.
Chryſippus.
Cleombrotus.
Cleophantus.
Clidemus.
Conſtantinus.
Cornelius Celſus.
Cornelius Gemma.
Cratevas.
Critias.
Critobulus.
Cteſias.

D.

Democedes.
Democritus.
Dinus de Garbo.
Diocles Caryſtius.
Dioscorides.
Dracon.

E.

Empedocles.
Eraſiſtratus.
Euax.
Eudamus.
Eudemus.
Eudemus Chius.
Eudemus Pharmacopola.
Euphorbus.

F.

Franciſcus Valleſius.

G.

Gabriel Fallopius.
Galenus.
Gemma Friſius.
Gentilis Fulginas.
Guilielmus Rondeletius.
Guilielmus Copus.

H.

Hieronymus Capivaccius.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Thriverius.
Honoratus Caſtellanus.
Hugo Senenſis.
Haly Abbas.
Hercules Saxonia.
Herophilus
Hippocrates.
Horatius Augenus.

I.

Ioannes Arculanus.
Ioannes Argenterius.
Ioannes Sermoneta.
Ioannes Tornamira.
Ioannes Guinth. Andernacus.
Ioannes Thomas Minadous.
Ioannes Bapt. Montanus.
Ioannes Fernelius.
Ioannes de S. Amando.
Ioannes Manardus.
Ioannes Ruellius.
Ioannes Phil. Ingraſſias.
Iſaac.
Iacobus Carpenſis.
Iacobus de Partibus.

Iacobus Forlivienſis.

L.

Laurentius Ioubertus.
Leonardus Fuchſius.
Levinus Lemnius.
Lupus.
Ludovicus Mercatus.
Laurentius Laurentianus.

M.

Machæon.
Magnus.
Marcellus.
Marcellus Virgilius.
Marcus Nevianus.
Marcus Anton. Turrianus.
Marcus Cato.
Marſilius.
Marſilius Ficinus.
Matthæus Sylvaticus.
Matthæus de Gradi.
Melampus.
Melchior Guilandinus.
Menerates.
Meſue.

N.

Nebrus.
Nicander.
Nicias.
Nicolaus Bieſius.
Nicolaus Leonicenus.
Nicolaus Myrepſus.
Nicolus.
Nicomachus.

O.

Oribaſius.

P.

Pæon.
Paulus.
Paulus Craſſus.
Pauſanias.
Periander.
Petron.
Petronius.
Petrus Hiſpanus.
Petrus Leonius.
Philippus Acarnan.
Philippus Cous.
Philiſtion.
Plinius.
Podalirius.
Pompejus Leneus.
Praxagoras.

Q.

Quintus Serenus.

R.

Rhaſes.
Rembertus Dodonæus.
Ruffus Epheſius.
Rubrius.

S.

Savonarola.
Scribonius Largus.
Serapis.
Serapion.
Soranus.
Symphorianus Campegius.

T.

Thadæus
Themiſon.
Theon.
Theophraſtus.
Theſſalus Hipp. fil.
Theſſalus.
Thomas de Garbo.
Thomas Fienus
Thomas Linacer.
Thraſias.
Turiſanus.

V.

Valeſcus de Taranta.
Vectius Valens.
Vidus Vidius.
Victor Trincavellius.

X.

Xenophon.

Z.

Zeno.

PETRUS CASTELLUS, *Romanus*

Epiſtolæ Medicinales. Romæ, 1626, in 4.

Epiſtola ad Io. Malelphum & Aëtium Cletum, in qua agitur, nomine Hellebori ſimpliciter prolato, tum apud Hippocratem, tum alios autto-

auctores, intelligendum alvum. & ab hoc purgatas à Melampode Proeti Regis Argivorum furentes filias, atque ab Anticyreo ſanatum Herculem inſanientem. Romæ, apud Io. Maſcardum, 1622, 1628, in 4.

Epiſtola ſecunda de Helleboro, in qua confirmantur ea quæ in priore allata fuerunt. Romæ eodem anno & forma.

Hortus Meſſanenſis. Meſſanæ, 1640, in 4.

Evangelia, in qua lectiones hoc anno ab ipſo habendæ in publico Gymnaſio ſuper primum libri Aphoriſmi Hippocratis enumerantur. Mantuæ, 1646, in 12.

Chalcantinum dodecaporion, ſive duodecim dubitationes in uſu olei Vitrioli, cum Defenſione Veterum, in Arſenici, atque Sandarachæ potu. Romæ, apud Iac. Maſcardum, 1619, in 4.

De abuſu Phlebotomiæ. Romæ, apud Franc. Corbelletti, 1628, in 8.

De abuſu circa dierum Criticorum enumerationem. Meſſanæ, apud Viduam de Bianeo, 1642, in 8.

Emetica, in qua agitur de Vomitu & Vomitoriis. Opus medicis omnibus utile & neceſſarium ad curandos omnes morbos Hippocraticam diætam ſequentibus, tum Galenicam, Paracelſicam & Empiricam omnibus demonſtratis ratione, auctoritate, & experimentis, libri decem. Romæ, apud Iac. Maſcardum, 1634, in fol.

De Viſitatione Ægrotantium. Pro ſuis Auditoribus & Diſcipulis ad Praxim inſtruendis. Romæ, apud Iac. Maſcardum, 1630, in 12.

De Febre Tritæophya. Coſenzæ, apud Iac. Bapt. Ruſſum, 1648, in 8.

In Hippocratis Aphoriſmos primi libri Critica doctrina: per puncta & Quæſtiones. Ad faciliorem tironum, qui à philoſophica auditione, ad medicam ſe transferunt intelligentiam. In qua omnium fere, qui Aphoriſmos expoſuere, Opiniones referuntur, probantur, improbantur, & vel optima eligitur, vel nova additur. Maceratæ, apud Petrum Salvi, 1648, in 4.

Opobalſamum examinatum, defenſum, judicatum, abſolutum, & laudatum. Meſſanæ, apud Viduam Io. Franc. Bianeo, 1640, in 4.

Opobalſamum triumphans. Baſil. apud Franciſc. Pernam, 1640, in 4.

Optimus Medicus. In quo conditiones perfectiſſimi Medici exponuntur. Meſſanæ, apud Viduam Io. Franc. Bianeo, 1637, in 4.

Præſervatio Corporum ſanorum ab imminente lue ex aëris intemperie hoc Anno 1648. Meſſanæ, apud hæredes Pet. Breæ, 1648, in 4.

De Smilace aſpera. Meſſanæ, 1652, in 4.

Hyæna odorifera. Ibid. 1638, in 4.

Tripus Delphicus. Neapoli, 1635, in 4.

Relatio de qualitatibus frumenti Meſſanenſis. Ibid. 1637, in 4.

PETRVS à CASTRO

Peſtis Neapolitana, Romana & Genuenſis, Annorum 1656, & 1657, fideli narratione delineata, & Commentariis illuſtrata. Veronæ, apud Rubeanos, 1657, in 12.

Febris maligna puncticularis, Aphoriſtica methodo delineata. Ibid. 1650, in 16. Patavii, 1653, in 12.

Bibliotheca Medici Eruditi. Patavii, apud Matth. Cadorinum, 1654, in 12.

PETRVS CIACONIVS

Opuſcula in columnæ roſtratæ inſcriptionem de Ponderibus, Menſuris & Nummis. Romæ, 1608, in 8.

PETRVS CORTESIVS

Tractatus de Diebus decretoriis. Panormi, 1642, in 8.

PETRVS CRESCENTIVS, *Bononienſis*

De omnibus agriculturæ partibus, & de Plantarum animaliumque natura & utilitate, libri XII. Lovanii, apud Ioan. de Weſtphalia, 1473, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1548, in fol.

PETRVS CARENVS

De ſanguinis profluvio ex ſede Conſilium, extat eo in opere quod Ioſephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4. pag. 220.

PETRVS COVDENBERG

Scholia & Correctiones, ad Diſpenſatorium Pharmacorum Valerii Cordi; apud quem vide.

PETRVS CRINITVS

De honeſta diſciplina libri XXV. Pariſiis, apud Iodocum Badium Aſcenſium, 1525, in fol. in quibus quæ ad illuſtrandam medicinam faciunt, capita quædam ſunt: videlicet

De viribus atræ bilis: ac de Eurylocho, & poëta Malacho, qui graviter eo morbo ad inſaniam vexarentur. lib. III, cap. VI.

Quid mulſum apud veteres. lib. IV. cap. VIII.

De ſpatio humanæ vitæ, & adnotanda obſervatio de pondere humani cordis, quomodo creſcat & decreſcat, ex Anatomica Ægyptiorum obſervatione. lib. VII, cap. IX.

De Anatomicæ diſciplina, & hiſtoria de Ariſtomene Meſſenio, qui hirſuto corde fuerit: ac ibidem relata quædam ex veteribus de humano corde. lib. XIII. cap. VII.

De Aſclepiade medico, qui lectos ægrotos ſuſpenſiles primus excogitavit. lib. XIV, cap. XIV.

De viribus & ægritudine amoris, ac de ejus remediis copioſe relatum ex Arabum commentariis. lib. XV, cap. IV.

Quid ſit morbus tonſillarum, in qua maxime parte corporis, qualique origine dicantur tonſillæ. lib. XVI, cap. XVI.

De morbo elephantiaſi, & unde nomen acceperit: ac de lichenis ibidem, & Gallica ſcabie contra quorundam inſcitiam. lib. XX, cap. X.

Vinum eſſe remedio contra aconitum, &c. lib. XXIII, cap. IX.

Qui maxime homines comitiali morbo vexarentur, & quibus argumentis agnoſcantur. lib. XXV, cap. I.

Quo nomine apud veteres Manna diceretur: ac de illius uſu & cognitione apud Medicos: tum de Manna thuris nonnihil. lib. XXV, cap. VII.

PETRVS CRISPVS

In Aphoriſmorum Hippocratis librum primum Commentaria. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1575, in 4.

PE-

PETRVS DROETVS, *Pariſienſis*

Conſilium novum de Peſtilentia. Pariſiis, 1573, in 8. Argentorati, apud Bernardinum Iobinum, 1576, in 8.

PETRVS FIRENS

Piſcium vivi Icones in æs inciſæ.

PETRVS ESTANOVE, *Monſpelienſis*

Obſervationes medicæ. Extant cum Obſervationibus Laz. Riverii, Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8. pag. 425.

PETRVS FERRIOLVS

Petri Garciæ Carrero, Diſputationes medicas, & Commentaria in fen primam libri quarti Avicennæ collectas edidit.

PETRVS FORESTVS, *Alcmarianus*

Obſervat. & Curationum Medicinalium libri 2. Lugd. Bat. 1593.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 3, 4, & 5. Lugd. Bat. 1591.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 6, & 7. Ibid. 1591.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 8, 9, & 10. Ibid. 1602.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 11, 12, 13, 14, & 15. Ibid. 1602.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 16, & 17. Ibid. 1602.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 18. Ibid. 1606.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 19, & 20. Ibid. 1595.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 21, 22, & 23. Ibid. 1596.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 24, & 25. Ibid. 1596.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 26, & 27. Ibid. 1597.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 28. Ibid. 1599.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 29. Ibid. 1603.
Obſerv. & Curat. Medicin. lib. 30, & 31. Ibid. 1606.
Obſervat. & Curat. Medicinal. lib. 32. Ibidem 1606. Omnes in Octavo.

Obſervationum & Curation. Medicinalium, ſive Medicinæ Theoricæ & Practicæ libri XXVIII. Quorum

I. De Febribus Ephemeris Synochis.
II. De Febribus Continuis.
III. De Febribus Intermittentibus.
IV. De Febribus Hecticis.
V. De Febribus Compoſitis.
VI. De Febribus publice graſſantibus: cum morbis Epidemiis, deque febribus malignis, contagioſis, peſtilentibus, ac peſte.
VII. De Febrium Symptomatis.
VIII. De Exterioribus vitiis, & morbis Capitis.
IX. De variis Corporis Doloribus.
X. De univerſis Cerebri, & meningum ejuſdem Symptomatis, & morbis.
XI. De morbis Oculorum, & Palpebrarum.
XII. De Aurium morbis.
XIII. De Naſi affectibus.
XIV. De ægritudinibus Labiorum, gingivarum, dentium, oris, ac linguæ.
XV. De Faucium, gutturis, gulæ, & aſperæ arteriæ affectibus.
XVI. De Pectoris, pulmoniſque vitiis, & morbis.
XVII. De Cordis, ac quibuſdam Mammillarum affectibus.
XVIII. De Stomachi & Ventriculi affectibus.
XIX. De Hepatis malis, ac affectibus.
XX. De Lienis morbis, vitiis, ac affecti-

fectibus, & de Scorbuto.
XXI. De Meſenterii, & Inteſtinorum affectibus, ac de Colicis & Iliacis doloribus, de Vermibus.
XXII. De diverſis profluviorum alvi generibus.
XXIII. De Sedis, & Ani vitiis & affectibus.
XXIV. De Renum affectibus & morbis.
XXV. De Veſicæ malis ac affectibus.
XXVI. De Penis ac Virgæ vitiis.
XXVII. De Scroti ac teſticulorum affectibus vitiiſque, ac de Ramicum diverſis ſpeciebus.
XXVIII. De Mulierum morbis, & Infantis regimine agunt. In quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphice depinguntur. Francofurt. apud Zach. Palthenium, 1602, in fol. 2 voll.

Obſervationum & Curationum medicinalium, ſive Medicinæ Theoricæ & Practicæ lib. XXIX. De Arthritide, & aliis affectibus partium externarum, in quo ejus cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphice depinguntur. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol. Operum tomus tertius.

Obſervationum & Curationum medicinalium, ſive Medicinæ Theoricæ & Practicæ libri XXX, XXXI, & XXXII, de Venenis, Fucis, & Lue Venerea: in quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſis, & curationes graphice depinguntur. Francof. apud Palthenium, 1609, in fol. Operum tomus quartus.

Obſervationum & curationum Chirurgicarum libri quinque. Quorum I, de Tumoribus præter naturam ſanguineis: II, Bilioſis: III, Pituitoſis: IV, Melancholicis: V, Mixtis, ſeu Compoſitis. In quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphicè depinguntur, cum Scholiis. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1610, in 8. Francof. apud Palthenium, 1610, in fol. Huic editioni acceſſerunt ejuſdem libri III de Incerto ac fallaci urinarum Iudicio adverſus Vromantas, & Vroſcopos. Operum tomus quintus.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum libri quatuor poſteriores. Quorum primus de plagis, ſeu vulneribus cruentis, caſu, offenſione, percuſſione, contuſione, ac concuſſione. II, Vlceribus. III, Fracturis. IV, Luxationibus agit. In quibus eorundem cauſæ, ſigna, prognoſes, & curationes graphice depinguntur. Francofurti, apud Palthenium, 1611, in fol. Operum tomus ſextus & ultimus. Ibidem, 1634, in fol.

Omnes autem hi libri ſeorſim quoque ſinguli prodierunt Lugd. Bat. apud Franc. Raphelengium ab anno 1589, uſque ad annum 1610, in 8. Et libri tres de Incerto Vrinarum judicio, &c. Antverp. apud Chriſtoph. Plantinum, 1583, in 8. Lugd. Bat. 1589, in 8.

De Venenis & fucis liber. 1606, in 8.

PETRUS FRANCISCUS PHRYGIUS, *Ticinenſis*

Commentarii in Hiſtorias epidemicas Hippocratis, in tres partes digeſti. Lugduni, apud Io. Ant. Huguetan, 1644, in 4.

PETRUS FRANCISCUS PAULUS, *Florentinus Medicus, ex ſecta Galenica. Claruit in ſummo pretio & gratia, circa A. C. 1528. Aſlus in Chronol. Medic.*

Adverſus Avicennam de Venæſectione tractatus. Venet. apud Lucam

am Anton. Iuntam, 1533, in 4. cum aliis Novæ Academiæ Florentinæ opuſculis. Lugd. apud Gryphium, 1534, in 8.

PETRVS FVRHMANNVS

De conſolidatione p. n. partium genitalium Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 510.

PETRVS GALEA

De Pulſibus. Peruſiæ, 1597, in 4.

PETRVS GARCIAS CARRERO, *Callagurritanus*

Diſputationes medicæ, & Commentaria in Fen primam libri quarti Avicennæ: in quibus non ſolum quæ pertinent ad Theoricam: ſed etiam ad Praxin, locupletiſſime reperiuntur. Editæ opera Petri Ferrioli, autoris Diſcipuli. Burdigalæ, apud Gulielmum Millangium, 1628, in fol.

Diſputationes medicæ & Commentaria in Fen primam libri primi Avicennæ. Compluti, ex offic. Academiæ, 1612, 1617, in fol.

Diſputationes medicæ & Commentaria in omnes libros Galeni de Locis affectis. Compluti, ex offic. Academiæ, 1605, 1612, in fol.

PETRVS GASSENDVS

De ſepto cordis pervio Obſervationes. Extant cum Sev. Pinæi lib de Notis Virginitatis. Lugd. Batav. apud Franciſcos Hegerum & Hackium, 1639, in 12.

De Nutritione Animalium, ubi & de Venis lacteis; de Pulſu & Reſpiratione; Item de Sanguinis Circulatione agitur. Extat in Appendice Tom. tertii de Philoſophia Epicuri. Lugd. apud Guil. Barbier, 1649, in fol.

PETRVS GILLIVS, *Albienſis*

Elephanti nova deſcriptio. Extat cum Æliani de hiſtoria Animalium lib. XVII, à ſe è Græco in Latinum verſis. Lugduni, apud Guillel. Rovillium, 1562, in 8. Hamburgi, apud Michaël. Hering, 1614, in 8.

Demetrii de Re Accipitraria Latine reddidit. Item Phæmonis de Cura Canum.

PETRVS GIRARDETVS

Ludov. Dureti Commentarios, in Hippocr. lib. de Humoribus Purgandis: & De Diæta Acutorum edidit. Addita, ad calcem, accurata Conſtitutionis primæ lib. II. Epidemion interpretatione.

PETRVS GORRÆVS, *Bituricenſis*

Praxis Medicinæ, quovis illuſtriori inſcribenda titulo ad communem uſum totius fere Europæ in gratiam eorum, qui ſe à Theorice ad Practicam conferunt. Huic acceſſere cognata quædam alia ac propemodum neceſſaria Corn. Celſi particula ex ſecundo de Natura ac proprietate cujuſque rei, qua veſcimur. Liber de Vrinis ex optimis Auctoribus. Dioclis Epiſtola ad Antigonum Regem, ex ſecundo Pauli de præcognoſcendis ægritudinibus, hiſque impediendis ne veniant: de tuenda valetudine: de regimine vitæ per anni tempora. Venetiis, apud Mapheum Paſinium, & Franc. Bindonium, 1545. Lutetiæ, 1555, in 16. auctior.

Formulæ remediorum, quibus vulgo Medici utuntur. Lutetiæ, apud Ægidium Gorbinum, 1560, in 16. Lugduni, apud Ioan. Mareſchallum, 1584, in 8. inter Opuſcula illuſtrium Medicorum de Doſibus. Coloniæ Allobrogum, 1612, in 12.

PE-

PETRVS GREGORIVS, *Tholoſanus*

Syntaxeon artis mirabilis tomi duo, in libros XL digeſti. Quorum XXVIII de Medicina agit. Coloniæ, apud Lazarum Zetznerum, 1600, in 8. Lugd. apud Antonium Gryphium, 1585, in 16.

PETRVS GVIFFARTVS, *Vallonianus*

Cor vindicatum, ſeu Tractatus de Cordis officio. Opus, in quo rationibus & Autoritatibus probatur, Cor, ipſum Chylum, immediate in ſanguinem convertere, vaſaque Chylum ad Cor uſque deducentia, nuper Io. Pecqueti labore reperta, plenius conſiderantur, & aſſeruntur. Ejuſdem Exercitatio de proxima lactis materia. Rothomagi, ſumptibus Autoris, & apud Ludov. du Meſnel, 1652, in 4.

PETRVS HASSARDVS, *Armenterius Flander*

De Morbo Gallico tractatus. Lovanii, apud Bergagne, 1554. Extat etiam in Appendice ad tomum I Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 72.

Saluberrima bonæ valetudinis tuendæ præcepta Eobani Heſſi, Poëtæ feſtiviſſimi, Elegiaco carmine, ad imitationem Galeni, conſcripta, noviſque Commentariis illuſtrata. Francof. apud Chriſt. Egenolphum, 1568, in 8.

Clypeus Aſtrologicus, contra flagellum Aſtrologorum Franciſci Rapardi Brugenſis Medici, cum declaratione & approbatione utilitatis Aſtrologiæ. Lovanii, apud Antonium Maria Bergagne, 1552, in 8.

PETRVS HISPANVS, *Portugalenſis*

(*Hic poſtea ex Epiſcopo Tuſculano factus eſt* PAPA IOANNES XXI.)

Commentarii in Iſaacum de Diætis univerſalibus & particularibus. Et in ejuſdem Iſaaci de Vrinis Commentarii. Extant cum Operibus Iſaaci. Lugd. apud Barthol. Trot, 1515, in fol.

Theſaurus Pauperum, ſeu de Medendis humani corporis morbis per experimenta, euporiſta ſimplicia & particularia, liber empiricus, ex omni genere auctorum, & experientia propria congeſtus. Lugd. apud Iacobum Myt, 1525, cum Practica Ioa. Serapionis. Pariſiis, apud Iacobum du Puys, 1577, in 16. cum Theſauro Sanitatis Ioannis Liebaultii, qui eum altera parte fere auxit. Francof. apud Egenolphum, 1578, in 8. Ex Guilhelmi Adolphi Scribonii recognitione.

PETRVS HOFMANVS

Epiſtolæ aliquot Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRVS HOLTZEMIVS, *Daventrienſis*

Prognoſticon Vitæ & Mortis, Longitudinis & Brevitatis, Reſolutionis & Permutationis morbi, duobus libris diſtincta. In quibus quæ ab Hippocrate & Galeno confuſe & ſine methodo ad hanc doctrinam allata ſunt, commodo ordine traduntur, prius quidem verſu rhythmico, dein ad ſingulos verſus ſuccincta, aperta, & docta exegeſi comprehenſa. Coloniæ, apud Grevenbruch, 1605, in 8.

Deſcriptio Fontis medicati S. Antonii, vulgo Tillerborn dicti, prope Andernacum. Coloniæ Agripp. apud Herm. Mylium, 1620, in 8.

Eſſentia Hellebori rediviva, ſecundo extracta, ſive rectificata, & aucta in gratiam novorum hujus patriæ, & ſæculi Medicorum, non minus

nus faceta, quam neceſſaria. Coloniæ Agripp. apud Herm. Mylium, 1623, in 8.

Pharmacopœa, ſive Diſpenſatorium Colonienſe, juſſu & autoritate S. P. Q. Agrippinenſis reviſum, & auctum. Cui adjunxit Examen ſimplicium medicamentorum carmine rhythmico. Nomenclaturam item chymicorum & abſtruſorum vocabulorum cum notis Chymicis. Coloniæ, apud Birckmannum, 1627, in fol.

De admiranda curatione Scroti poſt Gangrænam delapſi Epiſtola. Extant Cent. V. Obſerv. Chirurg. Guil. Fabr. Hildani. Francof. apud Matthæum Merianum, 1627, in 4. pag. 250.

PETRVS HORDANVS

Meatus in ſiniſtrum cordis Ventriculum deſinens æri inciſus.

PETRVS vander HOWEN

De Sympathia, ſeu affectu per conſenſum brevis tractatus. Roterod. apud Ioan. Waesbergium, 1621, in 8.

PETRVS IACOBVS ESTEVE

In Hippocratis librum ſecundum ἐπιδημιῶν, ſeu Popularium morborum Commentarius. Valentiæ, apud Gaſparem Furtado, 1582, in fol.

PETRVS IACOBVS STEVE

Commentarii in Hippocratem lib. II. Epidem. Valentiæ, 1551, in fol.

PETRVS IACOBVS TOLETVS, *Neapolitanus*

De Methodo opus ad Galeni cæterorumque Medicorum & Philoſophicorum libros (veluti Clavis) aperiendos, & omnino ad diſciplinarum vias noſcendas apprime neceſſarium. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1558, in 8.

Opuſculum recens natum de morbis puerorum cum appendicibus Toleti. Lugd. 1538, in 8.

PETRVS IACOBVS ZOVELLVS, *Carmignolenſis*

Commentarius de Peſtilenti ſtatu. In quo, quidquid ad peſtem curandam attinet, clariſſime continetur. Venetiis, apud Franc. Portonarium, 1557, in 8.

PETRVS IANICHIVS, *Dantiſcanus*

Ioa. Varandæi Tractatum, de Affectibus Renum & Veſicæ publici juris fecit. Item Ejuſdem: Formulas Remediorum, internorum & externorum.

PETRVS IOHANNES FABER, *Caſtrinovidarenſis*

Panchymicum, ſeu Anatome totius Vniverſi. In quo de omnibus quæ in & ſub cælo ſpagirico tractantur. II. Propugnaculum Alchymiæ. III. Hercules piochymicus. IV. Hydrographia ſpagyrica. V. Pædagogus Chriſtianus. VI. Secreta chymica. VII. Myrothecium ſpagyricum. VIII. Palladium ſpagyricum. IX. Chirurgia ſpagyrica. Francof. 1652, in 4. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1646, in 8. Panchymici tomus tertius, ſive ultimus. Tholoſæ, 1655, in 8.

Alchimiſta Chriſtianus. Toloſæ, 1632, in 8.

Theſaurus utriuſque Medicinæ. Ibid. in 8.

Hydrographum ſpagyricum. Ibid. 1639, in 8.

Pal-

Palladium ſpagyricum. Alchymiſta Chriſtianus. Hydrographia ſpagirica. Chirurgia ſpagirica. Toloſæ, 1629, in 8.

Myrothecium Spagyricum; ſive Pharmacopœa chymica, occultis naturæ arcanis, ex Hermeticorum Medicorum Scriniis depromptis, abunde illuſtratæ. Toloſæ Tectoſagum, apud Petrum Boſc, 1628, in 8.

Inſignes curationes variorum morborum, quos medicamentis chymicis jucundiſſima methodo curavit idem autor. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1627, in 8.

Palladium Spagyricum. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1624. in 8.

Alchymiſta Chriſtianus, in quo Deus rerum auctor omnium, & quamplurima Fidei Chriſtianæ myſteria, per analogias Chymicas & figuras explicantur, Chriſtianorumque orthodoxa doctrina, vita & probitas non oſcitanter ex arte Chymica demonſtrantur. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1632, in 8.

Chirurgia Spagyrica: in qua de morbis cutaneis omnibus Spagyrice & Methodice agitur, & curatio eorum cita, tuta, & jucunda tractatur. Toloſæ, apud Petrum Boſc, 1626, in 8. Hi quatuor tractatus deinde ſimul editi ſunt, Argentorati, apud Hæredes Laz. Zetzneri, 1632, in 8.

Sapientia univerſalis, IV libris comprehenſa. I de Mediis ad ſapientiam perveniendi. II de Cognitione hominis. III de Medendis morbis hominum. IV de Metallis meliorandis. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1656, in 4. Toloſæ, apud Raymundum Boſc, 1654, in 8.

Hercules Prochymicus. In quo penitiſſime, tum moralis Philoſophiæ, tum Chymicæ artis arcana laboribus Herculeis, apud Antiquos, tanquam velamine obſcuro obruta deteguntur. Toloſæ, apud Petr. Boſc, 1634, in 8.

Propugnaculum Alchemiæ adverſus Miſochymicos. Toloſæ, apud eumdem, 1645, in 8.

PETRUS IOANNES WIBURGIUS

Epiſtolæ plurimæ Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Norib. apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

PETRUS KIRSTENIUS, *Vratiſlavienſis*

De vero uſu & abuſu Medicinæ liber. Breſlæ, 1610, in 8.

Liber ſecundus de Canone Canonis à filio Sinæ.

PETRUS LAUREMBERGIUS, *Roſtochienſis*

Porticus Æſculapii, ſeu Generalis artis medicæ conſtitutio; in qua de Medicinæ Genere, Subjecto, Fine, Definitione, Diviſione Controverſiæ pleræque omnes examinantur. Errores multi, à multis hactenus cuſtoditi, oſtenduntur. Veræ de ſingulis ſententiæ feruntur & demonſtrantur. Roſtochii, apud Ioan. Pedanum, 1630, in 4.

Proceſtria Anatomica. In quibus proponuntur pleraque quæ ad generalem Anatomiæ & partium contemplationem attinent: quædam etiam infimi ventris membra explicantur; & Andreæ Laurentii Hiſtoria Anatomica multis locis caſtigatur & corrigitur. Hamburgi, apud Paulum Langium, 1619, in 4.

Iſagoges Anatomicæ Græcæ, interpretatio Latina. Lugd. Bat. apud Elzevirios, 1618, in 4.

Cor-

Cornelii Drebelii, Tractatus duos: 1. De Natura Elementorum, & 2. de Quinta Eſſentia, addita Epiſtola, de perpetui Mobilis inventione, è Belgico in Latinum tranſtulit.

Collegium Anatomicum XII Diſputationibus comprehenſum & in Roſtochienſium Academia propoſitum. Roſtochii, apud hæredes Richelianos, 1636, in 4.

Laurus Delphica, ſeu Conſilium, quo deſcribitur Methodus perfacilis ad Medicinam. Lugd. Bat. apud Ioan. Maire, 1621, in 12. Wittebergæ, 1623, cum Georgii Laurembergii de Calculo, in 12.*

Apparatus plantarius primus: tributus in duos libros. I, De Plantis bulboſis. II, De Plantis tuberoſis. Quibus exhibentur præter nomenclaturas, multiplices earum differentiæ & ſpecies; Vires, uſus tam culinarius, quam medicus: Cultura, ſive ratio eas plantandi, conſervandi, propagandi. Itemque quæ Poëtæ, Philologi, Philoſophi, Sacræ literæ, &c. de iis memoratu digna annotarunt. Adjunctæ ſunt plantarum quarundam novarum novæ Ichnographiæ, & deſcriptiones. Francof. apud Matthæum Merianum, 1632, in 4.

Paſicompſe nova, id eſt accurata & curioſa delineatio Pulchritudinis. Lipſiæ, 1634, in 8.

Horti cultura, libris II comprehenſa; huic noſtro cœlo & ſolo accommodata: regulis, obſervationibus, experimentis, & figuris novis instructa: in qua quidquid ad hortum proficue colendum, & eleganter inſtruendum facit, explicatur. Francof. apud Matth. Merianum, 1632, in 4.

In Synopſin Aphoriſmorum Chymiatricorum Angeli Salæ Vicentini Notæ & Animadverſiones; quibus nuper Paraſitaſter aliquis oppoſuit reſponſionem. Roſtochii, apud Ioan. Pedanum, 1624, in 4. Hamb. 1624, in 4.

Commentationes, in Cujuſdam Anonymi Iſagogen Anatomicam. Lugd. Bat. 1618, in 4.

PETRVS LEO, *Spoletanus*

De Vrinis tractatus. Extat cum Ægidii de Vrinis & Pulſibus libris. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1514, in fol.

PETRVS LOPIVS, *Portalegrenſis Luſitanus*

De ſex rebus non-naturalibus liber eleganti poëmate conſcriptus. Conimbricæ, apud Nic. Carvalho, 1618, in 4. Floſculus medicinæ, tribus libris comprehenſus, & totidem rebus, quas humanum corpus continet. Malacæ, apud Ioan. Serranum de Vargas, 1635, in 4. Ibidem, in 4. Olyſſipponæ, apud Petrum Crasbeet, 1620, in 8.

PETRVS de MARCHETTIS

Anatomia. In qua Veslingius contra Riolanum defenditur. Hardervici, apud Societatem, 1656, in 12.

PETRVS MARIA CANEPARIVS, *Cremenſis*

De Atramentis cujuſcunque generis. Opus ſane novum hactenus à nemine promulgatum, in ſex Deſcriptiones digeſtum. Venetiis, apud Euangel. Deuchinum, 1619, 1629, in 4. Londini, apud Ioh. Martin, 1660, in 4.

PETRVS MARIA CASTILLIONEVS

Reſponſio ad Ludovici Septalii judicium. Mediolani, 1618, in 4.

PETRVS MARTYR TRONVS, *Novarianus*

De Vlceribus, & Vulneribus capitis, libri quatuor. Ticini, 1584, in 4.

PETRVS MATTHÆVS PINVS, *Vrbinas*

Compendium inſtar indicis in Hippocratis Coi Opera omnia, res quaſque diſtinctiſſime ac uberrime complectens, ſummo ſtudio collectum in ſtudioſorum rei medicæ commodum & utilitatem. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1597, in fol.

Annotationes in Opuſcula Anatomica Bartholomæi Euſtachii, ex Hippocrate, Ariſtotele, Galeno, aliiſque Authoribus collectæ. Extant cum iiſdem, Venet. apud Vincentium Luchinum, 1563, in 8.

PETRVS MATTHÆVS ROSSIVS

Obſervationes Medicæ, Chirurgicæ & Practicæ, hoc eſt, De conſultandi, ſive, ut vulgo dicitur, Collegiandi Arte, in Morbis omnibus, ac quibuslibet particularibus, ad Chirurgiam pertinentibus Tractatus: adjectis Conſultationibus & Obſervationibus ſelectis pro morbis ad eandem facultatem Chirurgicam & Phyſicam ſpectantibus, rite & ordine curandis.

Conſultationes & Obſervationes ſelectæ pro morbis ad facultatem Chirurgicam & Phyſicam ſpectantibus rite & ordine curandis. Nunc primum à Victorio filio editæ, Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1608, in 8.

PETRVS MAYNARDVS, *Veronenſis*

De Morbo Gallico tractatus duo. Extant tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 336, 340.

PETRVS MEMMIVS, *Herendalius*

De recto Medicinæ uſu liber unus. Delphis, apud Hermannum Schinckelium, 1564, in 8.

Hippocratis Coi Iusjurandum commentario recenter illuſtratum, cui acceſſit altera pars, qua ratione Medicorum vita & ars ſancte conſervetur, declarans. Roſtochii, apud Auguſtum Ferberum, 1577, in 8.

PETRVS MERCADO

De febrium differentiis, earumque cauſis, ſignis, medela: tam in univerſali, quam in particulari, ex antiquorum & juniorum, tum Græcorum, tum Arabum autoritate. Granatæ, apud Anton. Nebriſſenſem, 1583, in 4. apud Viduam Ioan. Gallindi, 1592, in 4.

PETRVS MONAVIVS, *VVratiſlavienſis*

Conſilia & Epiſtolæ Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

PETRVS MONTANVS

De Morborum generibus Carmen. Extat cum Cœna Baptiſtæ Fieræ, Argentorati, apud Chriſt. Egenolphum, 1564, in 8.

PETRVS MORELLVS

Methodus præſcribendi formulas remediorum elegantiſſima: quæ antehac aliquoties immutata & mutilata prodiit; nunc vero, conſenſu Autoris, ſtudio Ioannis Iacobi à Brunn genuinam lucem adſpicit. Cum annexo Syſtemate materiæ medicæ, methodo medendi, & formulis medicamentorum præſcribendis, accommodato, Baſileæ, apud Ioh. Iacobum

Gena-

Ge[...]athium, 1630, in 8. Genevæ, apud Petrum Chouet, 1639. Lipſiæ, apud Andr. Kruhnen, 1645, in 8. Patavii, apud Paulum Frambottum, 16[...], in 12. aucto, variiſque modis illuſtrato, à Gerardo Leon. Blaſio. Am[...]el. apud Ægid. Ianſſon. Valckenier, 1659, in 12.

Syſtema Paraſceuaſticum ad praxin, materiæ medicæ ſylvam com[...]ple[...]ens: & rationem præſcribendi ipſam in formulas ſecundum leges Phar[...]maciæ & normam practicandi Monſpelii uſitatam. Aureliopoli, apud [...]bum Chouët, 1628, in 8. Amſtelod. cum Notis Blaſii, 1659, in 12.

De Febre purpurata, epidemia, peſtilenti. De peſtilentium natura, [...]s, ſignis, curatione. Lugd. 1641, in 8.

PETRVS MORESTELLVS

Encyclopædia ſeu artificioſa ratio circularis, ad artem magnam Raimundi Lullii, in Collegio Salicetano, 1646, in 8.

PETRVS MORNIVS

Arcana totius naturæ ſecretiſſima, nec hactenus unquam detecta è Collegio Roſeano in lucem producta. Lugd. Bat. 1630, in 12.

PETRVS à NAALDWYCK, *Batavus*

Libri duo Philippicorum, ſive de Equorum Natura, Electione, Educatione, Diſciplina, & Curatione. Lugduni Bat. apud Andr. Clouc[...]um, 1631, in 4.

PETRVS OLAVS, *Aarhuſienſis*

De Febribus peſtilentibus, earumque cauſis & ſymptomatibus Ora[...]. Herbornæ, apud Chriſtoph. Corvinum, 1594, in 4.

PETRVS PACHEQVVS, *Lunellenſis*

Obſervationes medicæ. Extant cum Obſervationibus Lazari Ri[...]rii, Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8.

PETRVS PADVANVS

Dioſcorides in ſeptuaginta ſeptemdecim capita digeſtus, & annota[...]unculis brevibus illuſtratus: addito tractatu exiguo de Aquarum natu[...]: ſunt autem aquæ non deſtillatæ, ſed ex diverſis ſimplicibus compoſi[...] ad morbos quoſdam. Lugd. 1512, in 4.

PETRVS PAAW, *Amſtelredamenſis*

Primitiæ Anatomicæ de Humani corporis Oſſibus. Lugd. Bat. apud [...]ſtum à Colſter, 1615, in 4.

Succenturiatus Anatomicus. Continens Commentaria in Hippo[...]atem de Capitis Vulneribus. Additæ in aliquot capita libri VIII Celſi Explicationes. Lugd. Bat. apud Iodocum à Colſter, 1616, in 4.

Andreæ Veſalii Epitome Anatomica. Opus redivivum. Cui acceſ[...]e Notæ ac Commentaria P. Paaw. Lugd. Bat. apud Iodoc. à Colſter, [...]16, in 4.

De Valvula inteſtini Epiſtolæ duæ, extant Cent. 1. Epiſt. Guil. Fabr. [...]ldani, Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 423, ſeqq.

De Peſte tractatus. Cum Henrici Florentii ad ſingula ejuſdem tra[...]tus capita Additamentis. Lugd. Bat. apud Abrah. Commelinum, 1636, [...]2.

Methodus Anatomica. Extat Mss. in Clariſſ. V. D. Franciſci de [...]k Med. Amſtelredamenſis Bibliotheca.

Hiſtoria omnium aquarum, quæ in communi hodie Practicantium ſunt uſu: Item Conditorum & Specierum aromaticarum, quarum uſus frequentior eſt apud Pharmacopolas. Venetiis, apud Arrivabenum, 1542, in 8.

Pharmacorum omnium, quæ in communi ſunt Practicantium uſu, Tabulæ decem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol. cum Bern. Gordoni Lilio Medicinæ. Pariſiis, apud Ægidium Gorbinum, 1569, in 8. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1574, in 8.

Methodus curandi Luem veneream per ligni Guajaci decoctum. Pariſiis, apud Wechelum, 1541, in 8. 1641, in 4.

REMBERTVS DODONÆVS, *Mechlinienſis*

Stirpium Hiſtoriæ Pemptades ſex, ſive libri triginta. Varie ab Auctore, paulo ante mortem, aucti & emendati. Antverpiæ, apud Balthaſarem & Ioannem Moretos, 1583, & 1616, in fol.

Trium priorum de Stirpium hiſtoria Commentariorum imagines ad vivum expreſſæ. Vna cum indicibus, Græca, Latina, Officinarum, Germanica, Brabantica, Gallicaque nomina complectentibus. Antverpiæ, apud Ioan. Loëum, 1553, in 8.

Poſteriorum trium de Stirpium hiſtoria Commentariorum imagines ad vivum artificioſiſſime expreſſæ, una cum marginalibus annotationibus. Item ejuſdem Annotationes in aliquot prioris tomi imagines, qui trium priorum figuras complectitur. Antverpiæ, apud Ioan. Loëum, 1554, in 8.

Florum, & coronariarum odoratarumque nonnullarum herbarum ac eorum, quæ eo pertinent, hiſtoria. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 8.

Purgantium aliorumque eo facientium, tum & radicum, convolvulorum, ac deleteriarum herbarum hiſtoriæ libri quatuor. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, in 8.

Frumentorum, leguminum, paluſtrium & aquatilium herbarum, ac eorum quæ eo pertinent, hiſtoria. Antverpiæ, apud Plantinum, 1566, in 8.

Hiſtoria Vitis, vinique: & ſtirpium nonnullarum aliarum. Item medicinalium obſervationum exempla. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1580, in 8.

De Frugum hiſtoria liber unus. Ejuſdem Epiſtolæ duæ. Vna de Farre, Chondro, Trago, Ptiſana, Crimno, & Alica. Altera de Zytho, & Cerevifia. Antverpiæ, apud Ioan. Loëum, 1552, in 8.

Appendix variarum, & quidem rariſſimarum nonnullarum ſtirpium, ac florum quorundam peregrinorum, elegantiſſimorumque, & icones omnino novas, nec antea editas, & ſingulorum breves deſcriptiones continens, cujus altera parte umbelliferæ multæ exhibentur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1574, in 8.

Praxis Medica. Amſtelredami, apud Henr. Laurentium, 1616, in 8. In eamdem Sebaſtiani Egberti Conſ. & Medici Amſtelædamenſis Scholia, cum Auctario annotationum Nicolai Fontani. Ibidem, apud eumdem, 1640, in 8.

Medicinalium obſervationum exempla rara. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1518, in 8. Antverpiæ, apud Plantinum, & Lugd. Batav. 1585, in 8. Hardervici, apud Thomam Henricum, 1621, in 8. Acceſſerunt Antonii Benivenii Florentini de Abditis nonnullis ac mirandis morborum ac ſanationum cauſis, cum Annotationibus Dodonæi. Medicinalium obſervationum exempla rara Valeſci Tarantani, & Alex. Benedicti. Hiſtoriæ geſtationis fœtus mortui in utero Matthiæ Cornacis, Ægidii Hartoghii, Achillis Gaſſari. Phyſiologices Medicinæ partis Tabulæ expeditæ Remb. Dodonæi.

Phyſiologices Medicinæ partis Tabulæ expeditæ. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8.

Conſilia Medica, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

REMIGIVS MELIORATVS

De Putredine liber, adverſus Ioannem Argenterium. Venetiis, 1564, in 4.

RENATVS des CARTES

Paſſiones Animæ. Gallice ab auctore conſcriptæ, nunc autem in exterorum gratiam Latina civitate donatæ ab H. D. M. I. V. L. Amſtelædami, apud Ludov. Elzevirium, 1650, in 12.

RENATVS CHARTERIVS, *Vindecinus*

Barthol. Perdulcis Vniverſam medicinam primum edidit.

Hippocratis & Galeni Opera, Græce & Latine conjunctim edidit, plurima interpretatus, univerſa emendavit, inſtauravit, notavit, auxit, eaque omnia in XIII Tomos digeſſit. Lutetiæ Pariſ. 1639, in fol.

Ludov. Dureti Scholia, ad Iac. Hollerii Lib. De Morbis internis recenſuit & publicavit.

RENATVS HENERVS, *Lindoenſis, Medicus clarus. Vixit circa A. C. 1555. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Apologia adverſus Iacobi Sylvii Depulſionum anatomicarum calumnias pro Andrea Veſalio; in qua præcipue totius pene negotii anatomici controverſiæ breviter explicantur. Venetiis, apud Iacobum Penyum, 1555, in 8.

RENATVS MOREAV, *Pariſienſis*

De miſſione ſanguinis in Pleuritide. Vbi demonſtratur qua corporis parte detractus ille fuerit à duobus annorum millibus, ex omnium pene Medicorum Græcorum, Latinorum, Arabum, Barbarorum exacta enumeratione, juxta temporum, quibus floruerunt, ſeriem inſtituta. Adjuncta eſt Petri Briſſoti Doct. Med. Pariſienſis Vita. Pariſiis, apud Abrahamum Pacard, 1622, in 8.

Schola Salernitana, hoc eſt, de Valetudine tuenda, opus nova methodo inſtructum, infinitis verſibus auctum, Commentariis Villanovani, Curionis, Crellii, & Conſtanſoni illuſtratum. Adjectæ ſunt Animadverſiones novæ & copioſæ Renati Moreau. Pariſ. apud Thom. Blaſium, 1625, in 8.

Epiſtola

Epiſtola Exegetica ad Cl. V. Baldum Baldum, de Affecto Loco in Pleuritide. Pariſiis apud Sebaſt. Cramoiſy, 1641, in 8. Romæ, apud Franc. Caballum, 1643, in 8.

Epiſtola de Laryngotomia. Exſtat cum Exercitationibus Anginæ puerorum Campaniæ Siciliæque epidemicæ Thomæ Bartholini. Pariſiis, apud Olivarium de Varennes, 1646, in 8.

Vita & Icon Iacobi Sylvii Extat cum Sylvii Operibus Medicis. Colon. Allobrogum, apud Iacob. Chouët, 1630, in fol.

RICHARDVS, *Anglicus. Vixit circa A.C.* 1336. *VVolfg. Iuſtus in Chron. Medic.*

Περὶ χημείας libellus utiliſſimus, cui titulum fecit, Correctorium. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot ſcriptoribus, à Guil. Gratarolo collectis, Baſileæ, apud Henr. Petri, & Petrum Pernam, 1561, in fol. pag. 207. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. p. 418.

RICHARDVS ARGENTINVS, *Anglus*

De præſtigiis & incantationibus Dæmonum & Necromanticorum. Baſileæ, 1568, in 8.

RICHARDVS, *Pariſienſis*

De Signis Febrium liber. Extat cum Marſilii de S. Sophia, aliorumque de Febribus operibus. Venet. apud Georg. Arrivabenum, 1514, in fol. Lugd. apud Iacobum Myt, 1517, in 4. cum Clementii Clementini Lucubrationibus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol.

ROBERTVS BRITANNVS, *Atrebas*

Agriculturæ Encomium. Pariſiis, apud Chriſt. Wechelum, 1539, in 4.

De Parſimonia ſeu Frugalitate libellus. Pariſ. apud Sim Colinæum, 1532, in 8.

ROBERTVS CONSTANTINVS

Annotationes & Correctiones lemmatum in Dioſcoridem. Extant cum Amati Luſitani ad eundem Commentariis. Lugd. apud Viduam Arnoleti, 1558, in 8.

Annotationes & Correctiones in C. Celſum, Q. Serenum, & Q. Rhemnium Palæmonem. Lugd. apud Guliel. Rovillium, 1566, in 8.

Annotationes in Hiſtorias Theophraſti. Extant cum Iulii Cæſaris Scaligeri in eaſdem Animadverſionibus. Lugd. apud Ioannem Iac. Iuntæ F. 1584, in 8.

Nomenclator inſignium ſcriptorum, quorum libri extant vel manuſcripti, vel impreſſi, indexque totius Bibliothecæ atque Pandectarum Geſneri. Pariſ. apud Andr. Wechelum, 1555, in 8.

ROBERTVS FARVACIVS, *Inſulenſis*

Diſquiſitio medica, Num pilulæ dejectoriæ cum cœna recte exhibeantur. Patavii, apud Livium Paſquatum, 1637, in 4.

ROBERTVS FEVINVS, *Ambianus*

De abuſu Medicinæ coërcendo tractatus. In quo tum Empiricorum, tum ἰατρομαγῶν medendi ratio refellitur. Et qui hactenus receptus eſt, faſcinandi modus impoſſibilis demonſtratur. Pariſ. apud Ioan. Charron, 1574, in 8.

Robertus Flvdd, *alias* de Flvctibvs, *Oxonienſis*

De Anatomia triplici, in partes tres diviſa. Quarum priori, Panis, Nutrimentum facile princeps, ignis acie diſſecatur, ejus elementa, occultæque eorum proprietates diſcutiuntur. Duabus ſequentibus, Homo, Nutritus dignitate præcellentiſſimus, ſectione Anatomiæ bifaria, videlicet, vel vulgari ſeu viſibili, vel Myſtica ſeu inviſibili dividitur. Francof. apud Ioan. Theod. de Bry, 1623, in fol.

Medicina catholica, ſeu Myſticum artis medicandi Sacrarium. In Tomos diviſum duos. In quibus Metaphyſica, & Phyſica tam Sanitatis tuendæ, quam morborum propulſandorum ratio pertractatur. Francof. apud Wilhelmum Fitzerum, 1629, in fol.

Hoc tomo primo continentur :

Sanitatis Myſterium, ſeu Tomi primi tractatus primus: Myſticum ſalutis propugnaculum deſcribens. In quo Supercœleſte, Cœleſte, & Elementare Sanitatis Myſterium, ejuſque tuendæ, & conſervandæ ratio, ſacrorum Bibliorum teſtimonio, verorumque Chriſtianorum ritu, explicatur. Cui, in fine, Appendicis loco, Reſponſum ad Marini Merſenni calumnias annectitur.

Sophiæ cum Moria certamen, in quo Lapis Lydius à falſo ſtructore, Fr. Marino Merſenno, Monacho, reprobatus, celeberrima Voluminis ſui Babylonici (in Geneſin) figmenta accurate examinat.

Summum Bonum, Quod eſt Verum Magiæ; Cabalæ, & Alchymiæ veræ, ac Fratrum Roſeæ Crucis verorum ſubjectum. In dictarum Scientiarum laudem, & inſignis Calumniatoris Fratris Marini Merſenni dedecus publicatum, per Ioachimum Frizium.

Integrum Morborum Myſterium: ſive Medicinæ Catholicæ tomi primi tractatus ſecundus, in ſectiones diſtributus duas; Quorum prior generalem Morborum Naturam; ſive variam Munimenti Salutis hoſtiliter invadendi atque oppugnandi rationem, more novo & minime antea audito, ſive intellecto deſcribit. Vltima, univerſale Medicorum ſive Ægrotorum depingit Catoptron: in quo Meteororum Morboſorum ſigna tam Demonſtrativa, quam Prognoſtica, lucide ſpeculantur, & modo haud vulgari atque alieno plane deſignantur. Francof. apud Guiliel. Fitzerum, 1631, in fol.

Continentur autem ſpeciatim in tomi hujus primi tractatus ſecundi ſectione ultima: ſeu καθολικῷ Medicorum κατόπτρῳ,

Prognoſticon Supercœleſte, ſeu portionis primæ pars prima: De Signis prognoſticis & ſupercœleſtium ſpeculatione collectis in libro unico.

Speculum Criticum. Seu portionis primæ partis ſecundæ membrum primum. De Criſium ſcientia. In libros quinque diviſum. Quorum eſt

I, De Criſis myſterio.

II, De Criſis eſſentia, atque differentia.

III, De Dierum criticorum, ſeu decretoriorum inquiſitione.

IV, In quo meatus, ſeu viæ explicantur, quibus morbi mediantibus criſibus aſſolent fugari.

V, Membra habet tria

1, De radicali Criſis cauſa.

2, De

2, De Speculi ægrotorum critici compoſitione.

3, In quo Speculi ægrotorum uſus, atque praxis explicatur.

Prognoſticon Arithmeticum, ſive portionis primæ partis ſecundæ membrum ſecundum. De Signis prognoſticis ſuperſtitioſa Pythagoræorum traditione magis, quam ratione ſolidа ſtabilitis atque innitentibus diſcurrens. Habet libros duos; quorum eſt

1, De Arithmetica divinatrice Lunari, Solari, Meteorologica.

II, De Nomantia, ſive Onomantia.

Prognoſticon Meteorologicum, ſive portionis primæ pars tertia, quæ ex obſervatione Elementali, idque libro unico, ſigna haurit Prognoſtica.

Catoptri ægrotorum portionis primæ pars quarta & ultima. Cujus liber

1, De morborum cardinalium præſagiis.

II, In quo futura infirmi imprimis ſalus, deinde mors portenditur.

Catoptri medicorum, ſive ægrotorum generalis; portio ſecunda, in tres partes diſtributa: quarum

Prior, Complexiones cardinales tam naturales, quam præternaturales in libro unico deſcribit in duo membra diviſo.

Media, Morborum ſeu meteororum morboſorum præſentiam, eorumque à quatuor fontibus ventoſis ortum in libro itidem unico oſtendit.

Vltima, Inſtantia Temporum morborum, Plenitudinis, Obſtructionis Indicia libro unico declarat.

Generalis ægrotorum Catoptri, Portionis tertiæ pars prima. Quæ verſatur in obſervatione conditionis ſeu proprietatis figuræ

Cœleſtis, de qua membrum hujus primum intendit in Iatromathematica verſatum, quæ libris tribus eſt comprehenſa.

Terreſtris, atque de iſta intendit membrum ſecundum in Geomantia medica, qui libro includitur uno.

Portionis tertiæ pars ſecunda. Quæ verſatur circa contemplationem membrorum ægroti, & præcipue

Faciei, de qua in unico libello, tractat Phyſiognomia.

Manus, atque de iſta agit unico itidem libello Chiromantia.

Portionis tertiæ pars tertia. Quæ in conſideratione atque obſervatione Excrementorum ægroti verſatur, inque membra dividitur duo, quorum

Prius, Vrinam Non viſam, libro unico Iatromathematicæ tractat.

Viſam, more Phyſiologico deſcribit.

Vltimum, Signa Egeſtionis per Vomitum & Seceſſum, Sudoris, ac Sputi in libro unico exprimit.

Portionis tertiæ pars quarta. De Pulſuum ſcientia.

Clavis Philoſophiæ & Alchymiæ Fluddanæ. Sive ad Epiſtolicam Petri Gaſſendi Theologi Exercitationem Reſponſum. In quo inanes Marini Merſenni Monachi Objectiones, querelæque ipſius injuſtæ, immerito in Robertum Fluddum adhibitæ, examinantur atque auferuntur: Severum ac altitonans Franciſci Lanovii de Fluddo Iudicium refellitur, & in

& in nihilum redigitur: Erronea Principiorum Philoſophiæ Fluddanæ detectio, à Petro Gaſſendo facta, corrigitur, & æquali juſtitiæ trutina ponderatur: ac denique ſex illæ Impietates, quas Merſennus in Fluddum eſt machinatus, ſinceræ veritatis fluctibus abluuntur atque abſterguntur. Francof. apud Guilhelm. Fitzerum, 1633, in fol.

Philoſophia Moſaica: in qua ſapientia & ſcientia Creaturarum ſacra vereque Chriſtiana ad amuſſim & enucleate explicatur. Amſtelædami, apud Ioh. Ianſſonium, 1640, in fol.

Tractatus Apologeticus integritatem Societatis de Roſea Cruce defendens. In qua probatur contra D. Libavii, & aliorum ejuſdem farinæ calumnias, quod admirabilia nobis à Fraternitate R. C. oblata, ſine impoſtura, aut Diaboli præſtigiis & illuſionibus præſtari poſſint. Lugd. Bat. adud Godefr. Baſſon, 1617, in 8.

ROBERTVS GROPRETIVS, *Atrebas*

Regimen Sanitatis. Ejuſdem tractatus de Peſte. Pariſiis, apud Chriſtoph. Wechelum, 1539, in 4. Ibidem, apud Petrum Sergeant, 1540, in 12.

ROBERTVS LYONNET, *Anicienſis*

Λοιμographia, ſeu Reconditarum peſtis, & contagii cauſſarum curioſa diſquiſitio, ejuſdemque methodica curatio. Lugduni, apud Claud. Proſt, 1639, in 8.

Diſſertatio de morbis hæreditariis. Lutetiæ, 1646, in 4.

ROBERTVS MONTANVS, *Dixmudenſis*

Diætema, ſive Salubris victus ratio novo-antiqua per controverſias digeſta: quarum ſeries in fine primæ quæſtionis habetur. Opus ſane doctrina refertum, non ſolum ſanitati ſuæ ſtudentibus neceſſarium, ſed & menſali Theoriæ delectantibus jucundiſſimum. Acceſſit ejuſdem Nutritio fœtus in utero matris eadem ſerie demonſtrata. Lovanii, apud Everardum de Witte, 1637, 1640, in 8.

ROBERTVS NICANDER

Hiſtoria memorabilis feminæ Monteluttanæ bis triennio Hypochondriis laborantis. Pariſ. 1644, in 8.

ROBERTVS SENALIS, *Regienſis*

De Liquidorum, Leguminumque menſuris, ex variis Sacræ Scripturæ, & authorum veterum, ac recentiorum locis congeſtæ obſervatiunculæ. Pariſ. apud Robertum Stephanum, 1532, in 4.

ROBERTVS STEPHANI

De Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piſcium, & avium, Liber. Pariſ. apud Robertum Stephanum, 1536, in 8. Lugd. apud Theobald. Paganum, 1548, in 16.

ROBERTVS TAVLADANVS, *Aquitanus*

In Ioannem Braceſchum Geberi interpretem Animadverſio. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot Scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Petrum Pernam, & Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 49.

ROBERTVS VALLENSIS

De Veritate & Antiquitate Artis Chemicæ, & Pulveris ſive Medicinæ Philoſophorum, vel Auri potabilis, deque illius materia & compoſitione, ejuſque mira vi in tria rerum genera Animale, Vegetale & Minerale,

rale, Teſtimonia & Theoremata, ex variis auctoribus ſacris, Theologis, Iuriſperitis, Medicis, Philoſophis, & Poëtis ſelecta. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1593, in 8. Baſileæ, apud Ludovicum König, 1602, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, quod excudit Argentorati Lazarus Zetznerus, 1613, in 8.

Gloria mundi; alias, Paradiſi Tabula: hoc eſt, Vera priſcæ ſcientiæ deſcriptio de Lapide Philoſophico. Extat cum Muſæo Hermetico, Francofurti, apud Lucam Ienniſium, 1625, in 4.

ROCHIVS BAILLIFIVS

Demoſterion, id eſt, CCC Aphoriſmi continentes ſummam doctrinæ Paracelſicæ. Pariſ. apud Petrum l'Huillier, 1578, in 8.

Reſponſio ad quæſtiones propoſitas à Medicis Pariſienſibus. Ibid. apud eundem, 1579, in 8.

RODERICVS à CASTRO, *Luſitanus*

Tractatus brevis de Natura & Cauſis Peſtis, quæ anno MDXCVI, Hamburgenſem civitatem afflixit. In quo ſuccincte, ſed accurate demonſtratur, quænam in præſenti lue præcavendi & curandi ratio ſit obſervanda, ut tum univerſa urbs, tum etiam unuſquiſque ſe poſſit ab exorienti malo præſervare, ac ſubinde occupantem jam perniciem faciliuspropulſare. Hamburgi, apud Iacobum Lucium Iuniorem, 1596, in 4.

Medicus-Politicus: ſive de Officiis Medico-Politicis tractatus, quatuor diſtinctus libris. In quibus non ſolum bonorum Medicorum mores ac virtutes exprimuntur, malorum vero fraudes & impoſturæ deteguntur: verum etiam plæraque alia circa novum hoc argumentum utilia atque jucunda exactiſſime proponuntur. Hamburgi, apud Frobenium, 1614, in 4.

De Vniverſa Mulierum medicina, novo & antehac à nemine tentato ordine opus abſolutiſſimum. Pars prima Theorica. Quatuor comprehenſa libris, in quibus cuncta quæ ad mulieris naturam, anatomen, ſemen, menſtruum, conceptum, uteri geſtationem, fœtus formationem, & hominis ortum attinent, abundantiſſime explicantur. Pars ſecunda, ſive Praxis. Quatuor contenta libris, in quibus mulierum morbi univerſi, tam qui cunctis fœminis ſunt communes, quam qui virginibus, viduis, gravidis, puerperis, & lactantibus peculiares, ſingulari ordine traduntur, ſubindeque variæ ſterilitatis ſpecies, earumque naturæ, cauſæ, ſigna, & curationes, diſtincta & accurata methodo edocentur. Additis inſuper ſingulis fere capitibus ejuſdem Scholiis, quibus, quæcunque circa fœmineos morbos curandos, dubia aut controverſa hactenus apud Medicos fuerant, breviſſime deciduntur; ab eiſque non parva lux cunctis aliis morbis profligandis acceſſit, utpote quibus plæraque Hippoc. & Gal. difficilima loca, univerſaque fere ars medica illuſtratur. Coloniæ, in fol. Hamburgi, apud Frobenium, 1604, in fol. & 1628, in 4.

RODERICVS à FONSECA, *Olyſipponenſis Luſitanus*

De Hominis excrementis libellus. Piſis, apud Ioan. Bapt. Boſchettum, 1613, in 4.

Opuſculum, quo adoleſcentes ad Medicinam facile capeſſendam inſtruuntur, caſus omnium febrium methodice diſcutiuntur, & curantur, juxta normam in punctis tentativis, pro Doctoratu recitandis uſitatam, & poſt

enumerantur: contagionis quoque natura, & cauſæ eruuntur. Francof. apud Petrum Muſculum, 1613, in 8.

De Vita proroganda tractatus. Francof. apud Meullium, 1608, Moguntiæ, 1608, in 8.

Phyſicæ Generalis libri duo. Francof. 1613, in 8.

Tractatus Phyſicus & Medicus, de Sanorum Diæta, ſeu de ſeptem rebus non-naturalibus: Aëre: Cibo & Potu: Somno & Vigilia: Motu & Quiete: Perturbationibus: Excretis & Retentis: cum Appendice præcipuorum corporis humani morborum & ſymptomatum. Adjuncta Methodo generali & compendiaria, &c. Alphonſi Bertotii, & Ioan. Cratonis de Krafftheim, &c. Francof. apud Ioan. Carol. Vnckelium, 1621, in 8. apud Chriſtianum Sigefridum, 1645, in 8.

Chiromantica & Phyſiognomica ſpecialis cum experimentis memorabilibus. Marpurgi, 1621, in 8.

Vranoſcopia. II. Chinoſcopia. III. Metopoſcopia & IV. Ophthalmoſcopia. Francof. 1608, in 12.

Enchiridion Remediorum facile parabilium, olim per Q. Apollinarem Vernacula lingua conſcriptum, nunc è Germanico in Latinum ſermonem verſum. Francof. apud Guilielmum Hoffmannum, 1610, in 8.

Phyſiologia Crepitus Ventris, & Riſus. Cum Ritu Depoſitionis Scholaſticæ Friderici Widebrandi, & Oratione M. Ioh. Dinckelii de Origine, Cauſis, Typo, & Ceremoniis illius ritus, qui vulgo in Scholis Depoſitio appellatur. Addito Iudicio Rev. P. D. Doct. Martini Lutheri, de hoc ritu. Francof. apud Palthenium, 1607, in 8.

Tractatus de Magnetica curatione vulneris citra ullam & ſuperſtitionem, & dolorem, & remedii applicationem, orationis forma conſcriptus, à priori tum ob rerum & cauſarum, tum exemplorum etiam augmentum longe diverſus: acceſſerunt enim antiquiſſimorum Sophorum, Rhagaëlis, Thetelis, Chaëlis, Salomonis, & Hermetis Periapta & Signaturæ, quibus, quouſque, & quantum ſit habenda fides, ſimul indicatur. Marpurgi, apud Rod. Hutwelckerum, 1608, in 8. 1609, in 12. Francof. apud Ioh. Saurium, 1613, in 12. Acceſſit in fine Oratio de Luxurioſis & portentoſis.

Synarthroſis Magnetica, oppoſita infauſtæ anatomiæ Iohannis Roberti Ieſuitæ, pro defenſione tractatus de Magnetica vulnerum curatione. Marpurgi, apud Ioh. Saurium, 1617, in 8.

Tractatus de portentoſis, luxurioſis, ac monſtroſis noſtri ſæculi conviviis, eorumque artificibus, auctoribus, origine, & aſſeclis. Acceſſit in fine quæſtio: An ſympoſia homini Chriſtiano ſint fugienda, liceatque huic cum impiis convivari. Marpurgi, apud Hutwelckerum, 1609, in 12.

Aſſertio medicinæ univerſalis adverſus univerſalem vulgo jactatam. Francof. apud Ioan. Carol. Vnckel, 1620, in 4.

Mirabilium naturæ liber, concordantias & repugnantias rerum in plantis, animalibus, animaliumque morbis & partibus manifeſtans. Adjecta eſt in fine brevis & nova defenſio Magneticæ curationis vulnerum ex ſolidis principiis. Francof. 1625, in 8. apud Ioh. Davidem Zunnerum, 1643, in 8.

Augu-

Auguſtini Niphi Philothei, de Angujus liber II. edidit. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1614, in 4.

Quinti Apollinaris Encheiridion Remediorum facile parabilium, è Germanico, in Latinum convertit.

RODOLPHVS GVALTHERVS

Iul. Pollucis Onomaſticon ex Mss. Codd. Bibliothecarum Palatinæ atque Auguſtanæ, variis item lucubrationibus doctorum virorum emendatum ſupplevit, & illuſtravit, atque addita interpretatione Latina, locis quamplurimis melius reddidit.

RODOLPHVS MAGISTER

Doctrina Hippocratis. Aphoriſmi, nova interpretatione ac methodo exornati. Leges medicinæ. Arcana judicia. Limites humani partus. Patrocinium. Pariſiis, apud Sebaſt. Cramoiſy, 1613, in 12.

RODOLPHVS SYLVESTRIVS, *Bononienſis*

Hieronymi Cardani, Opus novum, de Sanitate tuenda, in lucem edidit.

RODOMONTVS LAVRENTIVS

De vitæ humanæ Cataſtrophe ex peſtilentia, ſive de Peſtis peſtiferæ febris eſſentia præcautione atque curatione. Piſauri, 1649, in 4.

ROEMVNDVS MASSACVS

De lymphis Pugeacis. Parif. apud Tuſſanum du Bray, 1605, in 8.

ROGERIVS, *Parmenſis*

Practica Medicinæ. Venet. apud Octav. Scotum, 1490. apud Bernard. Venet. 1519, in fol. apud Iuntas, 1546, in fol. cum Guidonis, Bruni, Lanfranci, aliorumque Chirurgia.

ROGERIVS BACHO, *Anglus*

De Alchemia libellus, cui titulum fecit, Speculum Alchemiæ. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot ſcriptoribus, à Guil. Gratarolo collectis. Baſileæ, apud Henr. Petri, & Petrum Pernam, 1561, in fol. pag. 201. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 409.

De Secretis operibus artis & naturæ, & nullitate magiæ cum notis. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8. Hamburgi, 1608, 1618, in 8.

Sanioris Medicinæ de Arte Chymiæ liber: cum aliis opuſculis. Francof. apud Schönwetterum, 1603, 1620, in 12.

ROGERIVS DRAKE

Vindiciæ contra Animadverſiones Primiroſii in Theſes ipſius, quas pro Sanguinis motu circulari, ſub præſidio Iohannis Walæi in Acad. Lugdenſi, publico examini ſubjecit. Londini, apud Ioh. Rothwel, 1641, in 4. Lugd. 1647, in 4.

ROLANDVS CAPELLVTVS, *Chryſopolitanus, Philoſophus & Medicus: Chirurgus Parmenſis. Scripſit barbaro Stylo, ſub Friderico* III. *Imperatore, & Paulo* II. *Papa. Rogerii Imitator. Floruit A.C.* 1468. *Iuſtus in Chron. Medic.*

Chirurgia. Venet. apud Octav. Scotum, 1490. apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. apud Iuntas, 1546, in fol. cum Guidonis, Bruni, Lanfranci, & aliorum Chirurgia.

De

De Curatione Peſtiferorum Apoſtematum tractatus, utiliſſimis Obſervationibus illuſtratus, ex Bibliotheca Hermanni Conringii. Francof. apud Ioa. David. Zummerum, 1642, in 8. Brunſwigæ, 1640, in 8.

Vindiciæ Pulveris Febrifugi Peruviani, complectentes ejus Hiſtoriam, Vires, ac Proprietates, & modos operandi, in humoris Febrilis ſolutione. Antwerpiæ, apud Viduam, & Hæredes Ioannis Cnobbari, 1659, in 12.

ROLANDVS STVRMIVS, *Lovanienſis*

Hippocratico-Hermeticologia, ſive dialogus inter Hippocraticum & Hermeticum. Bononiæ, apud Nicolaum Tebaldinum, 1636, in 8.

ROMANVS à COSTA

Ioa. Varandæi Tractatum Therapeuticum, de Morbis Ventriculi edidit.

Item Ejuſdem: De Morbis mulierum lib. III.

ROSARIVS

Lilium Alchimiæ, quod poteſt dici Roſarius minor. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ à Ioan. Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

ROSINVS

Ad Euthiciam de lapide philoſophico. Ad Saratantam Epiſcopum de eodem. Liber Definitionum ejuſdem. Extant Artis Auriferæ volumine primo. Vide Autorum Chemicorum variorum.

RVFFVS EPHESIVS, *Medicus Græcus inſignis. Vixit ſub Trajano Principe A. C. 112. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Veſicæ, renumque Morbis. De Purgantibus medicamentis. De Partibus Corporis humani. Acceſſit Soranus de Vtero, & muliebri pudendo. Græce. Pariſ. apud Adrianum Turnebum, 1554, in 8.

Appellationes partium humani corporis, Iunio Paulo Craſſo interprete. Venet. apud Iuntas, 1552, in 4. Baſileæ, 1581, in 4.

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum: ſcilicet,

De re venerea, tetrab. 1, ſerm. 3, cap. 8.

Diæta ad melancholias, ibid. cap. 115.

De vomitu, ibid. cap. 119.

De aquis, ibid. cap. 165.

De melancholia, memoria amiſſa, commorſis à cane rabido, aut his qui aquam timent, tetrab. 2, ſerm. 2, cap. 9, 23, 24.

De renum cruentam urinam excernentium debilitate, renum inflammatione, ſuppuratis renibus, inflammatione & ulceribus veſicæ, tetrab. 3. ſerm. 3, cap. 2, 16, 18, 26, 29.

De Sanguinis eruptione, & quæ cruſtam inurant, tetrab. 4. ſerm. 2, cap. 51.

De menſtruis ſuppreſſis, tetrab. 4, ſerm. 4, cap. 51.

RVSTICVS PLACENTINVS

Ioa. Baverii Conſilia; De Re medica interpolata edi procuravit.

RVTGERVS RESCIVS

Aphoriſmorum Hippocratis ex diverſorum Græcorum codicum collatione recognitio. Variis eorundem lectionibus paſſim ad margines annotatis. Lovanii, apud Barth. Gravium, 1533, in 8.

S.

SALADINVS de ESCVLO, *Serenitatis Principis Tarentini, Phyſicus ordinarius. Vixit circa A. C. 1163. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Compendium Aromatariorum. Extat cum Ioa. Meſuæ Operibus, aliiſque. Venet. apud Lucantonium Iuntam, 1527, in fol. apud Iuntas, 1581, in fol.

SALOMON, *Regum ſapientiſſimus*

Liber de Lapide minerali, quem Philoſophorum appellant. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ, à Ioan. Rhenano collectæ, Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

SALOMON ALBERTVS

Hiſtoria plerarumque humani corporis partium membratim ſcripta, & in uſum tyronum retractatius edita. Witebergæ, apud Zachariam Lehemann, 1583, in 8. apud Zachar. Schurerum, 1602, 1630, in 8.

Tres Orationes. I, De cognitione herbarum. II, De Moſchi aromatis precioſiſſimi natura & efficacia. III, De diſciplina anatomica, quo orſu cœperit, & quomodo ſenſim aucta, & ad poſteros tranſmiſſa fit: tum de Galeni libro, qui de Oſſibus inſcribitur, & tyronibus nuncupatur. Norimbergæ, apud Catharinam Gerlachiam, 1585, in 8.

Orationes quatuor. I, De ſtudio doctrinæ phyſicæ. II, De felle ad inteſtina reſtagnante, neque tamen vitalem ſuccum è ventriculo demiſſum contagione depravante. III, De Sudore αἱματώδει, ſeu cruento. IV, De medendi ſcientia, profeſſoribus ejus, inprimis de Raſis libro nono Manſori Arabum Regi dicato. Quæſtio, cur pueris non ſit interdicendum lacrimis: &, cur in lacrimis ſuſpiria & gemitus fere conjungantur. VI, Quæſtio, num Metallica & mineralia, ſi carbonibus aboleantur, ſuo nidore ἄσθμαν, ſive ſuſpirio conferant? VII, Præfatio in librum Galeni περὶ οὔρων, ſive de lotiis. Witeb. apud Matthæum Welack, 1590, in 8.

Oratio, de Surditate & mutitate; Quæſtio an, & quid grandini in ſue, cum ſcorbuto in homine ſit commercii: pronunciata ad gradum Doctoratus M. Erneſti Hettenbachii, &c. Norimbergæ, apud Catharinam Gerlachiam, 1591, in 8. Witebergæ, iiſdem forma, & anno.

Scorbuti hiſtoria. Cui inobſervatum vel ſaltem indictum hactenus ſymptoma acceſſit, genarum coarctatio, genuum contractioni germanum, & quaſi conſanguineum. Witebergæ, apud Georg. Mullerum, 1594, in 8. & cum Dan. Sennerti de Scorbuto tractatu. Witebergæ, apud Zachariam Schurerum, 1624, in 8.

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere, quod Ioan. Phil. Brendelius collegit & edidit, Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

Obſervationes Anatomicæ. Witeb. 1620, in 8.

SALOMON RAPHAEL

Avicula Hermetis Catholica de ſale, ſulphure & Mercurio Philoſophorum, in 12.

SALVVS SCLANVS, *Neapolitani Gymnaſii Anatom. Diſſect. Artifex periti ſſimus. Floruit circa A. C. 1586. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Commentaria præclariſſima in tres libros Artis medicinalis Galeni.

In

In quibus non ſolum omnia quæ ad artem pertinent planiſſime explicantur, ſed etiam quæſtiones omnes tam medicæ, quam philoſophicæ diſcutiuntur, & omnium fere interpretum probatorum opiniones examinantur. Venet. apud Ioan. Guerilium, 1597, in 4.

Commentaria in Aphoriſmos Hippocratis. Venet. 1579, 1583. in 4.

Apologia ad Ioannem Altimarum Med. Neapolitanum, quod ea, quæ dixit in Commentariis ad Aphoriſmos contra Altimarum, ſint veriſſima, & adducta ab eo in oppoſitum, nihil penitus concludant. Venet. apud Ioan. Guerilium, 1584, in 4.

Conſilia quædam Medica, extant eo in opere quod Ioſephus Laurenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

SALVSTIVS SALVIANVS, *Romanus*

Variarum Lectionum de Re Medica Libri tres. Romæ, apud Iacob. Tornerium, & Bern. Donangelum, 1588, in 8.

De Calore naturali, acquiſititio, & Febrili libri duo. Cum expoſitione XIV, & XV Aph. Primæ Partis. Quibus accedunt Libri duo de Concoctione. Vbi exponuntur XXII & XXIV Aphor. Primæ Partis. Romæ, apud Tornerium & Donangelum, 1586, in 8.

De Vrinarum differentiis, cauſis, & judiciis, Libri duo. Romæ, apud Tornerium & Donangelum, 1587, in 8.

De Criſibus liber. Romæ, apud Tornerium & Donangelum, 1589, in 8.

SAMVEL FORMIVS, *Monſpelienſis*

Obſervationes medicæ. Extant cum Obſervationibus Lazari Riverii, Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 403.

SAMVEL FVSCHIVS, *Cuſlino-Pomeranus*

Metopoſcopia, & Ophthalmoſcopia. Argentinæ, apud Theodoſium Glaſerum, 1615, in 8.

SAMVEL HAFENREFFERVS

Monochordon Symbolico-Biomanticum, abſtruſiſſimam Pulſuum doctrinam ex Harmoniis Muſicis dilucide, figuriſque oculariter demonſtrans, de Cauſis & Prognoſticis inde promulgandis fideliter inſtruens, & jucunde per praxin Medicam reſonans. Vlmæ, apud Balthaſ. Kühnen, 1640, in 8.

Πανδοχεῖον αἰολόδερμον, in quo Cutis eique adhærentium partium, affectus omnes, ſingulari Methodo, & cognoſcendi & curandi, fideliſſime traduntur: quod etiam variis medicamentis Galenicis, Chymicis, Coſmeticis, aliiſque nobilibus ſelectioribus eſt illuſtratum; Opus tam Medicis quam Chirurgis jucundum & utile: ubi & ſub calcem adjecti Tibicines, Lectorem, Arabica, Græca, Latina, & Germanica contenta, indagare ſuccincte informant. Tubingæ, apud Ioh. Conr. Geyſlerum, 1630, in 8. Vlmæ, 1660, in 8.

Raphaël Artem medicam feliciter cum inchoandi, tum continuandi, abſolvendi, tractandique fideliter informans. Nec non Rationes peregrinandi, & pharmacopolia viſitandi aphoriſtice docens. Tubingæ, apud Theodoricum Werlin, 1622, in 12. Francof. apud Ioannem Bernar. 1629, in 12. Vlmæ, apud Balthaſarum Kühn, 1642, in 8.

Vexillum Raphaëliticum per artem medicam & vitam communem volans. Tubingæ, apud Ioan. Conradum Geyſler, 1631, in 8.

Raphaël ὁδῷ de arte medica, velo temporis, litationibus. Vlmæ, apud Balthaſarem Kühnen, 1641, in 8.

Officina Iatrica, continens pharmaca ſelecta, Hippocratico-Galenica, & Hermetico-Paracelſica, juxta morborum ſeriem, cauſarumque indicem diſpoſita, & condita. Vlmæ, apud Balthaſ. Kühnen, 1653, in 8.

SAMVEL KELLER, *Anhaltinus*

Georgii Melichii Diſpenſatorium medicum, ex Italico, in Latinum ſermonem convertit.

SAMVEL MAKOWSKY, *Polonus*

De Ephialte Diſputatio. Extat Decade 11 Diſputationum, quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1619, in 4.

SAMVEL NORTONVS, *Briſtollenſis*

Catholicon Phyſicorum, ſeu, Modus conficiendi Tincturam Phyſicam & Alchymiam à veteribus Philoſophis quæſitam, ſed à nullo adhuc traditam, editus ab Edmundo Deano Anglo. Francof, apud Wilhelmum Fitzerum, 1630, in 4.

Venus invitriolata in Elixir converſa, nec non Mars victorioſus ſeu Elixeratus. Ibid. 1630, in 4.

Elixer ſeu Medicina Vitæ. Ibid. 1630, in 4.

Saturnus ſaturatus, diſſolutus, & cœlo redditus. Ibidem, 1630, in 4.

Alchymiæ complementum & perfectio. Ibid. 1630, in 4.

Metamorphoſis lapidum ignobilium in gemmas quaſdam precioſas. Ibid. 1630, in 4.

De antiquorum ſcriptorum conſiderationibus in Alchymia. Ibid. 1630, in 4.

Mercurius redivivus, ſeu modus conficiendi Lapidem Philoſophicum tam album quam rubeum è Mercurio, ab Edmundo Deano Anglo editus. Ibidem, 1630, in 4.

SAMVEL SCHONBORNIVS

Manuale medicinæ practicæ Galenico-chymicæ, comprehendens ſpecifica & appropriata omnium membrorum humani corporis Medicamenta, adjectis obſervationibus ac notis eorum, quæ iiſdem membris exitioſa ſunt ac deleteria. Non ſolum ad faciendam Medicinæ praxin neceſſarium, ſed etiam omnibus iis quos propria valetudo ſolicitat, utiliſſimum. Dantiſci, apud Georgium Rhetium, 1637, in 12. Acceſſerunt purgantia ſecundum humores peccantes diſpoſita. Argentorati, apud Zetznerum, 1657, in 12.

SAMVEL SIDEROCRATES, *Bretanus*

Oratio de methodo ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων, in qua ſemper Medicis veteribus & recentioribus uſui fuiſſe, multis rationibus confirmatur. Norimbergæ, apud Nicol. Petrejum, 1563, in 8. Argentorati, apud Ioſephum Rihelium, 1563, in 8.

SANCTORIVS SANCTORII, *Iuſtinopolitanus*

Ars de Statica Medicina Aphoriſmorum Sectionibus ſeptem compre-

prehenſa. Venet. apud Nicolaum Polum, 1614, in 12. Lipſiæ, apud Zachar. Schurerum, in 12. Acceſſit Staticomaſtix, ſive ejuſdem Artis demolitio Hippolyti Obicii Ferrarienſis. Venetiis, apud Marcum Antonium Brogiollum, 1634. in 16. Cum Auctoris additamentis, & Reſponſione ad Statico-maſticem. Lugd.Bat. apud David.Lopez de Haro, 1642, in 12. Hagæ-Comit. apud Adr. Vlacq, 1650, in 12.

Methodi Vitandorum errorum omnium, qui in arte medica contingunt, libri quindecim. Quorum principia ſunt ab Auctoritate Medicorum, & Philoſophorum Principum deſumpta, eaque omnia, experimentis & rationibus analyticis comprobata. Venetiis, apud Societatem, 1602, in fol. apud Franciſcum Somaſchum, 1603, in 8. apud Franciſc. Barilettum, 1603, in fol. apud Marcum Anton. Brogiollum, 1630, in 4. Genevæ, apud Petrum Aubertum, 1631, in 4. Huic editioni acceſſit ejuſdem de Inventione remediorum liber.

Commentaria in primam Sectionem Aphoriſmorum Hippocratis. Acceſſit de Remediorum Inventione. Venet. apud Marcum Anton. Brogiollum, 1629, in 4.

Commentaria in Artem medicinalem Galeni. Venet. apud Io. Anton. Somaſchum, 1612, in fol. apud Marcum Ant. Brogiollum, 1630, in 4. Lugd. apud Ioan. Pillehotte, 1632, in 4.

Commentaria in Primam Fen Primi Libri Canonis Avicennæ. Venet. apud Iacob. Sarcinam, 1625, in fol. Ibid. apud Marc. Anton. Brogiollum, 1646, in 4.

De Lithotomia, ſeu Calculi veſicæ ſectione Conſultatio. Extat cum Joan. Beverocii lib. de Calculo. Lugd. Bat. apud Elzevirios, 1638, in 12.

SANCTORIVS VITALIS

De Medicamento ſolvente non exhibendo ſexto die. Panormi, 1570, in 4.

SANTES de ARDOYNIS, *Piſaurenſis. Vir in Medicinæ & Philoſophia Clariſſimus, ſub Sigiſmundo Imperatore, & qui in magno pretio habitus eſt apud Venetos. Vixit A. C.* 1430. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opus de Venenis. In quo naturalis primum hiſtoria venenatorum omnium, ſive natura, ſive arte conſtent, fideliſſime proponitur, (quam partem Theriacam Græci vocant) & quibus ſignis venena non in genere tantum, ſed etiam in ſpecie cognoſci ac dijudicari debeant, oſtenditur. Deinde vero Alexipharmacia, hoc eſt, ratio tum præcavendi venena, tum curandi, elegans, copioſa, ſecura, planeque methodica, & poſt omnes alios qui in conſimili argumento verſati ſunt, perfectiſſima & abſolutiſſima traditur. Additus eſt ejuſdem generis Commentarius Ferdinandi Ponzetti. Venet. apud Octavianum Scotum, 1492, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1562, in fol. Ex Caſtigatione Theodori Suingeri. Cum ejuſdem Præfatione luculenta, in qua Methodus venenorum cognoſcendorum atque curandorum ſumma arte, brevitate, & facilitate docetur.

SARDIANVS

Epitome Medicinæ Oribaſii. Venet. 1571, in 12.

SCIPIO CASSOLA

Diſceptatio; An Epithematum uſus, Antiquis medicis fuerit cognitus. Parmæ, apud Sethum Viottum, 1565, in 4.

SCIPIO CLARAMONTIVS, *Ceſenas*

De Conjectandis cujuſque moribus, & latentibus animi affectibus *σημειωτική* Moralis, ſeu de Signis. Venet. apud Marcum Ginammum, 1625, in 4.

De Atra bile, quoad mores attinet, libri tres. Pariſ. apud Nic. & Ioh. de la Coſte, 1641, in 8.

SCIPIO ex MERCVRIIS

De Morbo Gallico librum Ioannis Zecchii excepit & in capita diviſit, additis Scholiis in ſingula capita. Bononiæ, 1586, in 4.

Scholia in ſingulas lectiones Ioannis Zecchii in primam ſectionem Aphoriſmorum Hippocratis. Extant cum his ipſis, Bononiæ, apud Ioan. Roſſium, 1586, in 4.

SCRIBONIVS LARGVS, *Claruit eodem tempore, quo Ioannes Baptiſta prædicare & baptizare incæpit A. C. 29. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Antidota, quibus curantur qui malam potionem ſumſerunt. Extat cum Laurentii Friſii Epitome de curandis puſtulis Gallicis, Baſileæ, in 4.

De compoſitione medicamentorum, liber. Baſileæ, apud Cratandrum, 1529, in 8. cum Medicis antiquis, Venet. apud Aldum, 1547, in fol. pag. 142. inrer Medicæ artis Principes, Lutetiæ, apud Henricum Stephanum, 1567, in fol. Ioannes Rodius recenſuit & notis illuſtravit, adjecto Lexico Scriboniano. Patavii, 1655, in 4.

SEBALDVS BVSCHIVS

Regimen pro Peſtilentia ſcriptum. Erfordiæ, 1540, in 4.

SEBASTIANVS AQVILANVS, *Galeni Sectator. Claruit ſub Luderico de Gonzala, Mantuæ Epiſcopo circa A. C.* 1508. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Quæſtio de Febre ſanguinea ad mentem Galeni. Extat cum Marci Gatinariæ Practica. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1537, in 8. Lugd. apud Vincent. Portonarium, 1538, in 8. Francof. apud Ioan. Bernerum, 1604, in 8.

De Morbo Gallico tractatus: cujus curationes omnes, quibus hactenus uſi ſunt, ex hoc auctore mutuati ſunt Medici. Extat ubique cum eadem Marci Gatinariæ Practica, & tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 1.

SEBASTIANVS AVSTRIVS, *Rubeaquenſis. Medicus non vulgaris. Claruit A. C.* 1537. *ſub Henrico* VIII. *Rege Angliæ, & Paulo* III. *Pontifice Maximo. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De ſecunda valetudine tuenda in P. Æginetæ librum Explanatio, univerſam ſuper hac re materiam complectens. Argentorati, apud Ioan. Schottum, 1538, in 4. Baſileæ, 1540, in 8.

Cornelii, De Puerorum, Infantiumque morborum dignotione & curatione librum, ex Barbaro Latinum fecit, & emendavit. Baſileæ, 1540, in 8.

SEBASTIANVS BASSO

Philoſophiæ Naturalis adverſus Ariſtotelem libri XII. Genevæ, 1621, in 8.

SEBASTIANVS BLOSSIVS, *Vlmenſis*

Diſputatio explicans Galeni doctrinam de Didaſcalis ſeu Methodo qua

qua is totam medicinam divina quadam ſolertia pertractavit. Heidelbergæ, apud Ioan. Spieſſium, 1584, in 4.

Diſputatio de Phrenitide. Tubingæ, apud Cellium, 1602, in 4.

Diſquiſitio totius σκέψεως Anatomicæ. Tubingæ, 1622, in 4.

Diſputatio de Medicinæ parte φαρμακευτικῇ. Ibid. 1606, in 4.

Diſputatio de facultatibus viribuſque alimentorum, & eſculentorum. Tubingæ, apud Alexandrum Cellium, 1604, in 4.

Prodromus refutationis quarundam exercitationum vaniſſimarum ſuper diſputatione quadam de Peſte. Tubingæ, apud Alex. Cellium, 1618, in 4.

Iacobi Schegkii Prælectiones in Artem parvam Galeni edidit.

SEBASTIANVS COQVILLATVS SCIPIO

Cl. Galeni libellus, cui titulum fecit, Quos, quibus, & quando purgare oporteat, in linguam Latinam converſus, & Commentariis illuſtratus. Cui acceſſit Materia & Forma medicamentorum, tam eorum, quæ intro aſſumuntur, quam quæ foris adhibentur. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1557, in 16.

SEBASTIANVS CORTILIO, *Ariminenſis*

Libri quinque Inſtitutionum Chirurgicarum, cum Practica Chirurgica ejuſdem, libros quatuor continente. Extant cum Ioa. Marquardi Practica. Francofurti, apud Nicolaum Hofmannum, 1610, in 8.

SEBASTIANVS EGBERTVS

Scholia in Remberti Dodonæi Praxin Medicam. Extant cum illa Praxi, Amſtelædami, apud Henricum Laurentium, 1640, in 8.

SEBASTIANVS FOXVS, *Hiſpalenſis*

Naturæ Philoſophia, ſeu Platonis & Ariſtotelis conſenſio. Witteberga, 1589, in 8.

SEBASTIANVS MARCELLANVS, *Patavinus*

Prælectiones, ſive Tractatus primus de Differentiis & cauſis morborum. Patavii, apud Laurent. Paſquatum, 1564, in 16.

SEBASTIANVS MEYER, *Landſpergius*

Selectorum Phyſicorum, Medicinalium, Politicorum, aliorumque maxime memorabilium, exquiſitorum, publicæ privatæque felicitati ſervientium ſylloge prima. Friburgi Briſg. apud Ioh. Straſſerum, 1617, in 12.

De Obſervationum utilitate. De Enterocele curata divinitus, Epiſtola. Extat cum Guilh. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8, pag. 312.

De morſu canis rabidi Epiſtolæ tres. Extant ibidem pag. 406, 413, 423.

De Cancri occulti periculoſa curatione Epiſtola. Extat cum ejuſdem Obſerv. Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 384.

De Pleuritide duplici Obſervatio. Extat cum ejuſdem Obſerv. Cent. IV. Ibidem, 1619, in 4. pag. 68.

Auguſtæ laudes divinæ Majeſtatis à centum undequadraginta miraculis in homine. Friburgi, 1627, in 12.

SEBASTIANVS MEYRO, *Landſpergius*

Inſtitutiones Medicæ primæ. Omnes Medicinæ locos ſolidaque totius

tius artis fundamenta, diſtincte, breviter, ordineque complectentes, quibuſvis etiam literatis proficuæ. Friburgi Briſgoiæ, apud Martinum Bocklerum, 1603, in 12.

SEBASTIANUS MONTIUS, *Gallus Rivirienſis. Floruit A. C. 1532. Renat. Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Dialexeon Medicinalium libri duo. Adjectus eſt de his, quæ ad rationalis Medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia, & præmia pertinent, Libellus. Lugduni, apud Michaëlem Permanterium, 1537, in 4.

Annotatiunculæ in errata recentiorum medicorum per Leonardum Fuchſium Germanum collecta. Apologica Epiſtola pro Defenſione Arabum à D. Bernardo Vnger Germano compoſita. Epiſtola reſponſiva pro Græcorum defenſione in Arabum errata, à Symphoriano Campegio compoſita. Conjunctim Lugduni, apud Benedictum Bounyon, 1533, 1548, in 8.

SEBASTIANUS MUNSTERUS

De Balneis Excerpta, extant Operis Veneti de Balneis, pag. 290.

SEBASTIANUS NASIUS, *Ciſalpinus*

Speculum Methodi medendi, ſeu de omnium morborum cognitione. In quo omnia, quæ tum ad Theoricam, tum ad Medicinæ praxin ſpectant peregrino ordine diſpoſita continentur. Brixiæ, apud Ioan. Bapt. Bozzolam, 1633, in fol.

SEBASTIANUS PAPARELLA, *à Monte Sancto*

Opera omnia quinque diſtincta voluminibus, nunc primum in unum collecta, & ab eodem Auctore diligentiſſime recognita, & aucta. Videlicet, In Hippocratis librum de Natura humana Commentarii duo. De Efficientia Primi Motoris liber unus. De Calido libri tres. De indicationibus curativis Liber, tract. VIII continens. De Catarrho libri duo. Maceratæ, apud Sebaſtianum Martellinum, 1582, in fol.

Seorſim extant:

In Hippocratis librum de Natura humana Commentarii duo. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1551, in 4.

De Efficientia Primi Motoris, in naturalium rerum omnium factura, Liber. Peruſiæ, apud Andr. Brixianum, 1564, in 8.

De Calido libri III. Peruſiæ, apud Andr. Brixianum, 1573, in 4.

De Indicationibus Curativis liber. Peruſiæ, apud Andr. Brixianum, 1573, in 4.

De Catarrho libri duo, ad Rationalium Medicorum doctrinam editi. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1556, in 4. Papiæ, apud Hieron. Bartolum, 1562, in 8.

SEBASTIANUS PETRAFICTA, *Siculus*

De Senſuum externorum uſu, affectionibuſque, deque Memoriæ cum rationis læſione vitio, medelaque, Tractatus. Venetiis, apud Grassum Perchaſium, 1594. in 4.

SEBASTIANUS PISSINIUS, *Lucenſis*

De Cordis palpitatione cognoſcenda, & curanda libri duo. Francof. apud Claud. Marnium, 1609, in 8.

SEBASTIANUS PRENNERUS, *Deckendorffenſis*

Conſultatio Medica de curando Melancholico. Extat tomo I, pag. 257

527 Orationum Argentinenſium, edit. Argentor. apud Lazar. Zetzne-rum, 1611, in 8.

SEBASTIANUS ROTH, *Aurbachius. Profeſſor Gymnaſii Lipſienſis, Philoſophus & Medicus praſtans. Iuſtus in Chronol. Medic. Vixit circa A. C.* 1550.

De ſalubritate lotionis capitis & balneorum aquæ dulcis decreta. Lipſiæ, apud Valentinum Papam, 1653, in 4.

SEBASTIANUS SCARABICIUS, *Patavinus*

De ortu ignis febriferi Hiſtoria Phyſica, Medica, ad Avicennæ ordinem. Patavii, apud Andr. Barutium, 1655, in 4.

SEBASTIANUS SCHEFLERUS, *Mœno-Francofurtenſis*

Introductio in univerſam Artem medicam, ſingulaſque ejus Partes. Quam ex publicis præcipue diſſertationibus V. Cl. Hermanni Conringii, &c. concinnatam eodem Præſide ad III Cal. Maji in Auditorio Medicorum publice examinandam propoſuit. Helmæſtadii, apud Henningum Mullerum, 1654, in 4.

SEBASTIANUS SCROFA

Galeni, de Succorum bonitate & vitio, in Latinum tranſtulit, cum Caſtigatione Iulii Alexandrini. Lugduni, apud Paulum Mirallietum, 1547, in 16.

SEBASTIANUS STROMAIERUS

De Lumbricis latis Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 499.

SEBASTIANUS THEODORUS, *VVinshemius*

Oratio de ſtudio doctrinæ Anatomicæ. Extat tomo IV Declamat. Phil. Melanchthonis, pag. 280.

SEBASTIANUS TRAUUS, *Taurinenſis*

Scholia in Theoremata Medica, Phyſica, Metaphyſica, & Moralia paradoxi naturam referentia; his animadverſiones cum antitheſibus, in propoſitiones Phyſicas, & Medicas, ex cujuſdam Autoris manuſcriptis decerptas, adjecit. Taurini, apud Ioan. Dominicum Tarinum, 1618, in 8.

SEVERUS

Fragmenta varia, extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Vlcerum in oculis communis curatio, tetrab. 2, ſerm. 3, cap. 15.

De carbunculis in palpebris, aſpritudinibus ac denſitatibus, ſycoſique ac callis, ægilope, ibid. cap. 30, 43, 85.

De arteriarum ſectione, ibid. c. 90.

De muſculorum temporum cataplaſmatis, agglutinatoriis, ac illitionibus, ibid. cap. 94.

De totius capitis illitionibus. ibid. cap. 95.

De collyriis ſiſtentibus, ibid. cap. 192.

SEVERINUS EUGALENUS, *Doccumanus*

De Scorbuto morbo liber, in quo omnia quæ de ſignis ejus diagnoſticis dici poſſunt, tractata continentur. Cui adjunctæ quædam obſervationes ſunt, cum brevi & ſuccincta cujuſque curationis indicatione, à Ioſepho Stubendorfio Halenſi conſcriptæ. Lipſiæ, apud Barthol. Voigt, 1604, in 8. Ienæ, apud eundem, 1624, in 8. Hagæ-Comitis, apud Adrian. Vlacq, 1658, in 8.

SEVERINUS GOEBELIUS

De Succino libri duo. Cum Conradi Geſneri de Bitumine, & cognatis ei, Naphtha (id eſt vulgi petroleo) Piſaſphalto, & Electro Corollario. Extat cum libris de omni rerum foſſilium genere,&c. Tiguri, apud Iacobum Geſnerum, 1565, in 8.

SEVERINUS PINÆUS, *Camutenſis*

Opuſculum Phyſiologum, Anatomicum, φυσικῶς vere admirandum, libriſque duobus diſtinctum; tractans analytice Notas primo integritatis & corruptionis virginum, deinde graviditatem, & partum naturalem mulierum, in quo oſſa pubis & ilium diſtrahi, dilucide docetur. Pariſiis, 1598, in 8. Francof. apud Zachariam Palthenium, 1599, in 8. Lugd. Batav. apud Franciſcos Hegerum & Hackium, 1639, in 12. Ibidem, 1641, & 1650, in 12. cum Ludovici Bonaccioli libro de conformatione fœtus. Item, Felicis Plateri de Origine partium. Item, Petri Gaſſendi de Septi Cordis pervio. Item, Melchioris Sebizii de notis Virginitatis diſſertatione.

SEXTUS PLACITUS, aliis PLATONICUS, *Papyrienſis*

De medicina Animalium, beſtiarum, pecorum, & avium liber. Baſileæ, 1538, in 4. Norimbergæ, apud Petrejum, 1538, in 8. Tiguri, apud Froſchoverum, 1539, in 4. cum Scholiis Gabr. Humelbergii.

SIBOLDUS HEMSTERHUYS

Meſſis aurea, ſeu Collectanea Anatomica, continentia trium præſtantiſſimorum Anatomicorum opuſcula. 1, Ioa. Pecqueti Experimenta nova Anatomica. 2, Thomæ Bartholini de Lacteis Thoracicis Hiſtoria Anatomica, cum ejuſdem, de iiſdem Dubiis; & Vaſorum Lymphaticorum Hiſtoria nova. 3, Olai Rudbeck, Ductus Hepatici Aquoſi. Vaſa Glandularum Seroſa. Obſervationes. Epiſtola Variorum. Ejuſdem de Vaſis Lymphaticis Tabulæ XIII. æri inciſæ. Lugduni Batav. 1654, in 12. Heidelbergæ, Typis Adriani Wyngaerden, 1659, in 8.

SIGISMUNDUS GELENIUS

Caji Plinii Hiſtoriarum lib. XXXVII, ſumma fide caſtigatos edidit, additis ad marginem Variis lectionibus ex Rintiani, Turnebi, Lipſii, Aliorumque Scriptis.

SIGISMUNDUS à GOETZ, *Marchiacus*

Oratio pro Philoſophis contra Medicos, qua Medicorum pharmaca: diætam ac victus rationem: corporum ſectiones carminat. Extat tomo I, pag. 1116 Orationum Argentinenſium, edit. Argentorat. apud Lazar. Zetznerum, 1611, in 8.

SIGISMUNDUS KOLREUTERUS

Tractatus de Arthritide ejuſque differentiis ſeu Speciebus. Leucopetræ, 1573, in 4.

SIGISMUNDUS RUDELIUS, *Gorlicius*

De Carcinomate Diſputatio. Extat Decade III Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

SIGISMUNDUS de POLCASTRIS, *Patavinus*

Quæſtiones, quarum prima de actuatione medicinarum. Secunda, de appropinquatione ad æqualitatem ponderalem. Tertia, de reſtauratione humidi ſubſtantifici. Quarta, de reductione corporum. Quinta, de

Extre-

Extremis temperantiæ. Venetiis, apud Iacobum Penyum Lucenſem, 1506, in fol.

SIGISMVNDVS SCHNITZERVS

Epiſtolæ plurimæ Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De malitioſa Scarificatione Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. medicinal. ſingul. lib. IV prioribus. Vlmæ Suevorum, 1628, in 4, pag. 463.

De fœtore Puellæ ſingulari Epiſtola, extat ibid. pag. 500.

SILLANVS de NIGRIS, *Papienſis Medicus. Floruit A. C.* 1490. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Super Nono Almanſoris copioſa Expoſitio: nec non in eundem, Petri de Tuſſignano multiplices receptæ. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1490: apud Otinum Papienſem de Luca, 1497, in fol. apud Luc-Antonium Iuntam, 1518, 1597, in fol.

SILVESTER BERNERIVS, *Papienſis*

De Concoctione Materiæ, ac potiſſimum Bilioſæ, Quæſtio. Lugduni, apud Theobald. Paganum, 1549, in 12.

SILVESTER RATTRAYVS

Aditus novus ad occultas Sympathiæ & antipathiæ cauſas inveniendas. Glasgouæ, 1658, in 8.

SIMEON IACOZ, *Coſtenſis*

Obſervationes Medicæ. Extant cum Obſervationibus Laz. Riverii, Londini, apud Milonem Fleſcher, 1646, in 8, pag. 385.

SIMEON PARTLICIVS, *de Spitzbergh*

Medici ſyſtematis Harmonici, in quo nova plane & artificioſa diſcendæ & exercendæ Medicinæ methodus per præcepta brevia traditur, canones ſelectos illuſtratur, commentaria dilucida explicatur: ex doctiſſimorum Medicorum, tum Dogmaticorum, tum Hermeticorum ſcriptis, aſſiduis vigiliis, & accurata Theoriæ & Praxeos obſervatione elucubrati Prodromus. Francofurti, apud Aubrios, 1625, in 8.

Aſtronomici Apologetici pars prior, ſive diſſertatio de influentiis. 1623, in 12.

Officiarium Magiſtratus, Medicorum, Amicorum, Pictura Iuſtitiæ, Æſculapii, Amicitiæ, jam olim à veteribus naturæ peritis ingenioſè adumbratum; nunc vero primum carmine dialogiſtico incluſum. Erfurti, 1624, in 12.

SIMEON SETHI, *Antiochenus, Magiſter Antiochiæ, & Medicus Græcus. Vixit circa tempora Avicennæ, A. C. circiter* 1145. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Syntagma per literarum ordinem de Cibariorum facultate, ad Michaëlem Ducam Imperatorem Conſtantinopolitanum, Filium Conſtantini Ducæ. Lilio Gregorio Gyraldo Ferrarienſi interprete. Græce ac Latine. Baſileæ, apud Michaëlem Iſingrinium, 1538, in 8. Latinè, Baſileæ, 1561, in 8. cum correctionibus Dominici Monthesauri. Iterum hoc titulo:

Volumen De Alimentorum facultatibus juxta ordinem literarum digeſtum. Ex duobus Bibliothecæ Mentelianæ Mss. Codd. emendatum, auctum, & Latina verſione donatum, cum difficilium Locorum explicatione

tione à Martino Bogdano Driſna-Marchico, Græco-Latine. Lutetiæ Pariſ. apud Viduam Maturini Du Puys, 1658, in 8.

SIMON ACAMPVS, *Neapolitanus*

Commentaria in libros Galeni de differentiis febrium. In textus XIII, nempe à textu XLVI uſque ad textum LVIII, tertii libri artis medicinalis. In librum de tumoribus præter naturam. Quæ theorice ac practice ad febres, vulnera & tumores præter naturam pertinent, mira rerum novitate tractantur. A Simone Acampo juniore recognito & in lucem edito. Neapoli, apud Secundinum Roncaliolum, 1642, in 4. apud Dominic. Marcaranum, 1647.

Ejuſdem in varios Galeni libros Commentarii. Neapoli, 1647, in 4.

SIMON BERGERVS, *Auguſtanus*

Catalogus nobilium medicamentorum ſpagyrice præparatorum. Ienæ, apud Martinum Spieſſium, 1607, in 4.

SIMON GENVENSIS

In Matt. Sylvatici Opus Pandectarum Medicinæ Annotationes. Extant ibidem.

SIMON GRYNÆVS

Encomion Medicinæ. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1542, in 8. cum Aphrodiſæi de Febribus, Damaſceni de Febribus aliorumque libellis.

SIMON GVNTHERVS, *Granſovienſis*

Hortulus Sanitatis amœniſſimus. Hoc eſt, de tuenda & conſervanda bona valetudine omnibus literatis & peregrinantibus libellus accommodatiſſimus, & maxime neceſſarius. Spiræ, apud Auguſtinum Scheiderum, 1608, in 16. Ibidem in folio patenti.

SIMON IANVENSIS, *Alias Simon Genuates à Cordo dictus, Medicus excellentiſſimus. Floruit A. C.* 1273. *Vixit Romæ, in Aula Pontificis Nicolai* IV, *qui electus eſt A. C.* 1288. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Opuſculum, cui nomen clavis ſanationis; ſimplicia medicinalia Latina, Græca, & Arabica ordine alphabetico mirifice elucidans. Recognitum & notationibus Plinii maxime, ac aliorum in marginibus ornatum, per Georgium de Ferrariis de Varolengo Montis-ferrati. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1510, in fol. apud Gregorium de Gregoriis, 1514. in fol.

Expoſitio gloſſæ marginalis ad Alexandri Iatri Libros medicinales. Lugduni, apud Franciſcum Fradin, 1504, in 4. Papiæ, 1520, in 8.

Ioannis Filii Serapionis Opus de Simpl. Medicamentis tranſtulit.

SIMON de LOVITZ

Enchiridion Medicinæ. Cracoviæ, in 8.

SIMON MAIOLVS, *Vulturarienſis*

Dies Caniculares, hoc eſt, Colloquia tria & viginti Phyſica, nova & penitus admiranda ac ſumma jucunditate concinnata. Moguntiæ, apud Ioan. Albinum, 1607, in 4.

Colloquiorum, ſive Dierum Canicularium continuatio & ſupplementum, ſeptem colloquiis Phyſicis novis ac penitus jucundis & admirandis, doctiſſimorumque virorum lucubrationibus abſolutum. Moguntiæ, apud Ioan. Albinum, 1608, in 4.

Simon Pavlli, *Roſtochienſis*

Quadripartitum de ſimplicium medicamentorum Facultatibus; ad Artis Medicæ ac Pharmaceutices Studioſos. Roſtochii, apud Hallervordium, 1639, 1640, in 4. huic ſubjuncta eſt

Oratio ad Dn. Profeſſores ac Studioſos omnium ordinum Academiæ Roſtochienſis; ab ipſo habita cum reciperetur in Profeſſorum numerum, jam demum edita. Qua quærit, Cur fiat, Quod qualis Phidias inter Plaſtas, vel qualis inter Pictores Apelles fuerit, talis inter Medicos Hippocrates celebretur, nemo vero hac ætate ei ſimilis exiſtat? Hafniæ, 1641, in 4: 1644, in 8.

Icones Floræ Danicæ. Haffniæ, 1647, in 4. Kiöbenhaffen, 1648, in 4.

Viridaria varia, Regia & Academica. Haffniæ, 1653, in 12.

Simon Pistor, *Lipſienſis*

Poſitio de Malo Franco. Lipſiæ, apud Marcum Brandt, 1498, in 4.

Declaratio defenſiva poſitionis de Malo Franco. Lipſiæ, apud eundem, 1500, in 4.

Confutatio conflatorum circa poſitionem quandam extraneam & puerilem Doctoris Martini Mellerſtad de Malo Franco. Lipſiæ, apud eundem, 1501, in 4.

Simon Petreivs, *Pariſienſis, Vir Medicæ Artis tantum ſciens, quantum humanâ mente capi & concipi poteſt. Obiit A. C. 1618. D. 24 Iunii. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Conſilium I, de facilitando partu: II, de hyſterica ſuffocatione: III, de melancholia hypochondriaca: IV, de fluxione in pulmones: V, de renum abſceſſu: VI, de tumoribus qui ſpeciem ſtrumæ χοιράδες præ ſe ferebant. Extant cum Ioan. Fernelii Conſiliorum libro; Pariſiis, apud Ægidium Beyſium, 1585, in 8.

Nova Demonſtratio, & vera Hiſtoria Anaſtomoſeon vaſorum Cordis, in Embryo, cum corollario, de Vitali Facultate Cordis, in eodem Embryo non otioſa. Turonis, apud Iametium Mettayer, 1613, in 8.

Diſputatio de Vero Vſu Anaſtomoſeon vaſorum Cordis in Embryo. Auguſtæ Turonum, apud Eundem, 1593, in 8.

Lenis Cenſura, in acerbam Admonitionem Andreæ Laurentii. Turoni, apud Claud. Montrœil, & Ioan. Richer, 1593, in 8.

Simon Portivs, *Neapolitanus*

Commentaria in librum de Coloribus ab ipſo Latine factum. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1548, in 4.

De bonitate aquarum Epiſtolæ. Bononiæ, apud Phaellum, 1543, in 4. Romæ, 1545, in fol. utrobique cum Andreæ Thurini de eadem materia libris.

De capitis dolore Encomion. Neapoli, 1538, in 8. Florentiæ, apud Laur. Torrentinum, 1551, in 4.

Opuſcula, cum Ioh. Iacob. Marthæ Apologia de Immortalitate Animæ. Neapoli, 1578, in fol.

De rerum naturalium Principiis lib. II. Marpurgi, 1598, in 8.

SIMON PROVANCHERIUS, *Lingonenſis*

Aphoriſmorum Hippocratis Enarratio Poëtica. Senonis, apud Georg. Niver, 1603, in 8.

SIMON RIQUINUS, *Trevirenſis*

De ἱδρωτικῷ, ſeu ſudatoriæ febris curatione liber. Coloniæ, apud Ioan. Soterem, 1529, in 4.

SIMON SIMONIUS, *Lucenſis*

Synopſis breviſſima novæ theoriæ de humoralium febrium natura, periodis, ſignis, & curatione. Accedit Examen ſententiæ à Brunone Seidelio latæ, de iis quæ Ioubertus ad explicandam febrium humoralium naturam in Paradoxis ſuis diſputavit. Item, de Humorum differentiis diſputatio. Lipſiæ, 1577, in 8. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1580, in 8.

Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ de iis, quæ Laurentius Ioubertus ad explicandam Febrium humoralium naturam & materiam, in ſuis Paradoxis diſputavit. Extat ejuſdem Iouberti Operum tomo II, pag. 102, edit. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

Vera & indubitata ratio periodorum, nec non continuationis intermiſſioniſque Febrium humoralium. Lipſiæ, apud hæredes Iacobi Berualdi, 1575, in 4.

Artificioſa curandæ Peſtis Methodus, duobus libris comprehenſa. Lipſiæ, apud Ioannem Steinman, 1575, 1576, in 4.

Simonius ſupplex ad incomparabilem virum, præclariſque ſuis facinoribus de univerſa Republica literaria egregie meritum, Marcellum Camillum quendam Squarcialupum Thuſcum Plumbinenſem triumphantem. Cracoviæ, apud Alexium Rodecium, 1585, in 4.

Scopæ quibus verritur confutatio, quam Advocati Nicolai Buccellæ Itali Chirurgi Anabaptiſtæ innumeris mendaciorum, calumniarum errorumque pungamentis infertam, poſtremo emiſerunt. Olmutii, 1589, in 4.

Diſputatio de Putredine. Cracoviæ, 1584, in 4.

Commentarius in Ariſtotelis de ſenſu & ſenſili. apud Criſpinum, 1566, in fol.

Anti-Schegkianorum liber unus. In quo ad objecta Shegkii reſpondetur, vetera nonnulla ejuſdem errata inculcantur, novaque quamplurima pejora deteguntur. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1570, in 8.

Reſponſum de obitu Stephani Polonorum Regis. Olomutii, 1588, in 4.

SIMON STENIUS

Baſilii Magni Homiliam, de Ebrietate expoſitam cum interpretatione, addidit Brunonis Seidelii lib. III de Ebrietate.

SIMON THOMAS

Galeni lib. II de Differentiis Febrium interpretationem Gadaldini & Laurentiani, accurate recognovit, ita ut ex fide Græci Exemplaris pene alii facti ſint. Lugduni, apud Guil. Rovillium, 1548, in 16.

SIMON è TOVAR, *Hiſpalenſis*

De compoſitorum medicamentorum examine, Nova methodus. Qua medicamentorum omnium temperamenta ad unguem examinari, ac rurſus

rurſus propoſitæ cujuſcunque temperaturæ medicamenta componi facilime queant. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1586, in 4.

Hiſpalenſium Pharmacopoliorum Recognitio. Hiſpali, apud Andream Peſcionem, & Ioa. Leonem, 1587, in 4. Hagæ-Comitis, 1640, in 12.

SIMON VALLAMBERTVS

Medicamentorum ſimplicium cognoſcendorum methodus. Turribus Turoniæ, apud Laurentium Richardum, 1561, in 4.

SIMON WILDE

Conſilia quædam Medica, extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

SIRASVS

Commentaria in Avicennæ Can. I, Fen. II, & III. Venetiis, apud Cominum de Tridino, 1547, in fol.

Excerpta ex his de Balneis, extant Operis Veneti de Balneis, p. 340.

SIXTVS ARCERIVS

Cl. Galeni Pergameni Paraphraſte Menodoti ad Artium liberalium ſtudium capeſſendum Oratio adhortatoria. Item, quod optimus Medicus, niſi etiam Philoſophus, non ſit. Ex interpretatione nova, cum Notis ejuſdem, in quibus partim textus Græcus emendatur, partim illuſtratur. Franekeræ, apud viduam Romberti Doyema, 1616, in 4.

SIXTVS KEPSERVS

Conſultatio ſaluberrima de cauſſis & remediis Epidemiæ ſive peſtiferi morbi, Bambergenſium civitatem tum infeſtantis. Bamb. 1544, in 4.

SORANVS, *Epheſius, Medicus Methodicæ Sectæ. Vixit temporibus Trajani, Herodiani, & Adriani Imperatorum, contemporaneus Galeni; ſecundum alios etiam Ruffi Epheſii. VVolfg. Iuſtus, in Chronol. Medicorum.*

De Vtero, & muliebri pudendo libellus. Græce. Pariſiis, apud Adrianum Turnebum, 1554, cum Ruffi Epheſii libellis.

In Artem medendi Iſagoge ſaluberrima. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. cum aliis de Re medica libris. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag. 159.

Vita Hippocratis. Extat tum Græce tum Latine paſſim cum Operibus Hippocratis.

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Fœcundarum mulierum dignotio, tetrab. 4, ſerm. 4, cap. 7.
De Seminis fluxu, uteri debilitate, furore uterino, uteri reſolutione, uteri prolapſu, tumore uteri laxo, ſatyriaſi, utero in ſcirrhum indurato, ibid. cap. 72, 73, 74, 75, 76, 81, 82, 84.

SOTION

De Re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν, ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. XX Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

STANISLAVS WEISKOPF

Conſilia Medica, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius collegit & edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

STE-

STEPHANVS, *Alexandrinus*

De divina & ſacra arte Chryſopœæ libri novem, extant Græce Mss. Lugd. Batav. apud V. Cl. Ioannem Elichmannum, Medicum.

STEPHANVS, *Athenienſis,ultimus Græcorum Veterum. Vixit nondum inquinatis Græcæ puritatis fontibus. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Explanationes in Galeni priorem librum Therapeuticum ad Glauconem. Græce. Venetiis, apud Aldum, 1536, in 8. Latine, Auguſtino Gadaldino interprete, cum hujuſdem Scholiis, quibus Caſtigationes in his explanationibus factæ explicantur. Ibidem, 1554, in 8. Lutetiæ, apud Sylvium, 1555, in 8. Lugduni, apud Frellonium, 1558, in 8. Baſileæ, 1581, in 4.

Oculare Collyrium, Latine editum à Matthia Theodoro Melanelio. Extat cum hujuſdem Collectaneis de Melancholia. Antverpiæ, apud Antonium Dumæum, 1540, in 4.

STEPHANVS AQVÆVS, *Biturícenſis*

In omnes C. Plinii Secundi Naturalis Hiſtoriæ argutiſſimi Scriptoris libros Commentaria. Pariſiis, apud Poncetum le Preux, 1530, in fol.

STEPHANVS CALANDER

Breviſſima Chirurgicæ Facultatis Compendiaria, in quibus parca verborum ſerie, ea quæ neceſſario in arte Chirurgica conſideranda veniunt, cum artificioſa & facili componendorum medicamentorum, ad ejuſdem uſum pertinentium ratione, explicantur. Saviliani, apud Chriſtoph. Strabellum, 1623, in 12.

STEPHANVS CARTERIVS, *Riccienſis*

Anthologia potiſſimarum Hippocratis & Galeni ſententiarum, earum præſertim quæ communem hominum victus rationem ſpectare videntur. Pariſiis, apud Guilielmum Guillard, 1557, in 16.

STEPHANVS le DVCHAT

De cauſa menſium perpetuo ſine noxa retentorum: & de nimio menſium fluxu itidem innoxio, Epiſtola. Extat Cent. v Obſerv. Chirurg. Guil. Fabr. Hildani. Francofurti, apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 132.

STEPHANVS DVTEMPLÆVS

Tabulæ in Galeni libros de Morbis, & Symptomatibus. Lugduni, apud Sebaſt. Gryphium, 1576, in 8.

STEPHANVS de GASPARIS

Opobalſami Romæ in Theriaca adhibiti oppugnatio. Romæ, 1640.

STEPHANVS GOVRMELENVS, *Curioſolita*

Synopſeos Chirurgiæ libri ſex. Lutetiæ, apud Ægidium Gorbinum, 1566, in 8.

Chirurgicæ artis, ex Hippocratis & aliorum veterum Medicorum decretis ad rationis normam redactæ libri tres. Lutetiæ, apud Gillium, 1580, in 8.

Hippocratis de Alimento liber, Latinitate donatus, & Scholiis illuſtratus. Lutetiæ, apud Ægid. Gorbinum, 1572, in 8.

STEPHANVS MAGISTER

Exquiſitiſſimum oculare collyrium. nunc primum à Matthia Theodoro

doro Melanelio Latine editum. Antverpiæ, 1540, in 8. cum libro de Melancholia.

STEPHANVS MANIALDVS

Hippocratis Coi Chirurgia, nunc primum Græce reſtituta, Latinitate donata, & commentariis illuſtrata. Pariſiis, apud Ioan. Libert, 1619, in 8.

STEPHANVS MICHELSPACHERVS, *Tirolenſis*

Pinax Microcoſmographicus, hoc eſt, Admirandæ partium Hominis Creaturarum divinarum præſtantiſſimi univerſarum Fabricæ hiſtorica brevis ac perſpicua Enarratio, Microcoſmico tabulis ſculpto æneis Catoptro lucidiſſimo, explicationis vice addita. Anno 1615, in 4.

STEPHANVS PHIL

Haly Abbatis Regalis Diſpoſitionis Theoricæ lib. x, & Practicæ lib. x, ex Arabica in Latinam Linguam tranſtulit.

STEPHANVS RIVERIVS

Caroli Stephani, Libris tribus, de Diſſectione partium corporis humani, addidit figuras, & inciſionum Declarationes.

STEPHANVS RODERICVS CASTRENSIS, *Luſitanus*

De Sero Lactis tractatus. Florentiæ, apud Sermartellium, 1631, 1632, in 8. Noribergæ, 1646, in 12.

De Complexu Morborum tractatus: ſtudio Valerii Nervii Piſani editus. Florentiæ, apud Zenobium Pignonium, 1624, in 8. Noribergæ, 1646, in 12.

Aſitia tractatus. Florentiæ, apud Zenobium Pignoninm, 1630, in 8.

Quæ ex quibus opuſculum in quatuor libros diviſum, Medicinæ ſtudioſis valde utile, & recondita doctrina refertum. Florentiæ, apud Petrum Cecconcellium, 1627, in 12. Lugduni, 1645, in 12. Francofurti, 1646, in 12.

De Meteoris Microcoſmi libri quatuor. Venetiis, apud Iuntas Florentiæ, 1621, in fol.

Commentarius in Hippocratis Côi libellum de Alimento, in quo multiplici didaſcalia variæ Controverſiæ in utramque partem diſputantur, & argumentorum funibus, authorumque ſecuribus Satyro Cornua ligantur, confringuntur. Opus in quatuor ſectiones diviſum, quarum priores duæ in hoc volumine continentur. Florentiæ, apud Sermartellium, 1635, in fol.

Tractatus de natura Muliebri, ſeu diſputationes & lectiones Piſanæ. Hanoviæ, 1654, in 4.

Poſthuma Varietas à Franciſco ejus filio in lucem edita. De Spiritibus. De maris Salſedine. De Cauſa Continente. De Epilepſia. Florentiæ, apud Amatorem Maſſam, & Laurent. de Laudis, 1639, 1640, in 4.

Caſtigationes exegeticæ, quibus variorum dogmatum veritas elucidatur. Florentiæ, apud Amatorem Maſſam, 1640, in fol.

Medicæ conſultationes. Ibidem, apud eumdem, 1644, in 4.

Opuſcula duo: videlicet, variæ exercitationes Medicæ, & Expoſitiones in aliquot Ægrotos Hippocratis. Venetiis, 1656, in 8.

De univerſa Muliebrium morborum medicina novo & à nemine tentato ordine opus. Partes Theoretica & practica. Cum Scholiis & dubiis, ac controverſiis de his, quæ occurrunt difficilia in Hippocrate, & Galeno. Hamburgi, apud Frobenium, 1628, in 4.

Diſceptationes Medicæ. Florentiæ, 1642, in 4.

Ratio conſultationis an poſt Variolas Purgatione corpus egeat. Ibid. 1642, in 4.

De Epilepſia Diſceptatio Poſthuma. Florent. 1640, in 8.

De Pleuritide Diſceptatio. Ibid. 1641, in 8.

STEPHANVS à SCHONEVELDE

Ichthyologia & Nomenclatura animalium marinorum fluviatilium, lacuſtrium, quæ in florentiſſimis Ducatibus Sleſvici & Holſatiæ, & celeberrimo Emporio Hamburgo occurrunt triviales. Ac plerorumque hactenus deſideratorum imagines, breves deſcriptiones, & explicationes. Hamburgi, apud Heringium, 1624, in 4.

STEPHANVS STEFFECIVS, *Pragenſis*

De Rabie Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iacob. Genathius, 1620, in 4.

STRABVS, *Gallus. Vixit circa A. C.* 1163. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medicorum.*

Hortulus vernantiſſimus, Scholiis Ioannis Atrociani illuſtratus. Extat cum Æmylii Macri de herbarum virtutibus libro, Baſileæ, apud Ioa. Fabrum Emmeum, 1627, in 8. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis antiquis, pag. 247.

SYLVESTER BERNERIVS, *Papienſis*

De Concoctione Materiæ, ac potiſſimum Bilioſæ, Quæſtio. Lugduni, apud Theobaldum Paganum, 1549, in 16.

SYLVESTER RATTRAY

Aditus novus, ad occultas Sympathiæ & Antipathiæ Cauſas inveniendas, per principia Philoſophiæ naturalis, ex Fermentorum Anatomia hauſta, patefactus. Glasguæ, apud Andr. Anderſon, 1658, in 8.

SYLVIVS LANCEANVS, *Monticœlianus*

De Hydrope. Quod non ſemper fiat ab Hepate. Cui accedit Expoſitio ad Aphoriſmos Hippocr. XXXVII, XXXVIII, & LIII quintæ ſectionis: & brevis tractatio quod dentur aliqua una poteſtate frigida. Romæ, apud Gugliel. Faciottum, 1603, in 8.

De Molæ generatione, & cura, de fœtus formatione, & alia quædam. Nempe: An in dyſenteria ſit mittendus ſanguis, & purgandum. cum expoſitione loci Galeni I ad Glauconem cap. XIV. Expoſitio Aphoriſmi XLIII quartæ ſectionis. Caſus cujuſdam illuſtriſſ. Dominæ, in quo tractatu exponitur Aphoriſmus XXXI qnintæ ſectionis. An Mithridatium poſſit cauſare abortum? Expoſitio loci Hippocr. VII Epidem. in calce. Romæ, apud Lepidum Facium, 1602, in 8.

SYMPHORIANVS CAMPEGIVS, *Lugdunenſis Gallus, Eques auratus & Lotharingorum Principis Archiater. Floruit A. C.* 1532. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iuſtum in Chronol. Medic. Floruit A. C.* 1506.

Practica nova in Medicina, de omnibus morborum generibus ex traditionibus Græcorum, Latinorum, Arabum, Pœnorum, ac recentium

Aucto-

Auctorum, aurei libri quinque. Ejuſdem liber unus de omnibus Febrium generibus. Lugduni, apud Iohannem Marion, 1517, in 8. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1547, in 4.

Hortus Gallicus, pro Gallis, in Gallia ſcriptus, verumtamen non minus Italis, Germanis, & Hiſpanis, quam Gallis neceſſarius. In quo Gallos in Gallia omnium ægritudinum remedia reperire docet, nec medicaminibus egere peregrinis, quum Deus & natura de neceſſariis unicuique regioni provideat. Huic accedit Analogia medicinarum Indarum & Gallicarum, in qua Gallos in Gallia omnes medicinas laxativas Gallis neceſſarias reperire docet, nec medicaminibus egere peregrinis. Lugduni, apud Melchiorem & Gaſparum Trechſel, 1533, in 8.

Campus Elyſius Galliæ amœnitate refertus: in quo ſunt medicinæ compoſitæ, herbæ & plantæ virentes: in quo quidquid apud Indos, Arabes, & Pœnos reperitur, apud Gallos reperiri poſſe demonſtratur. Lugduni, apud Melch. & Gaſp. Trechſel, 1533, in 8.

His accedunt: Ejuſdem Apologetica diſceptatio, qua docetur an ſanguis mitti debeat in Cauſone & ſub cane aut prope canem, & an pharmacia fortis danda ſit in principio Febrium arſivarum.

Speculum Medici Chriſtiani de inſtituendo ſapientiæ cultu, ac de veris & ſalutaribus animi ac corporis remediis.

De Theriaca Gallica libellus.

Periarchon, id eſt, de principiis utriuſque Philoſophiæ, in quo præclariſſima quæque, & digna lectu quæ Galenus in demonſtrativis ſermonibus, & Ariſtoteles in libris naturalium diſciplinarum, & Timæus Locrus, & Plato in libris de univerſo ſcripſerunt, breviter, clareque & placido ſtylo pertractantur atque declarantur ſententiæ. Lugduni, apud Melch. & Gaſp. Trechſel, 1533, in 8.

Libri Septem: de Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Aſtronomia, Muſica, Philoſophia naturali, Medicina, & Theologia: & de Legibus & Republ. eaque parte Philoſophiæ, quæ de moribus tractar. Atque hæc omnia ſunt tractata ex Ariſtotelis & Platonis ſententia. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1537, in 8.

Categoriæ Medicinales, in libros Demonſtrationum Galeni. In quibus præclariſſima quæque, & digna lectu quæ Gal. in demonſtrativis ſermonibus, & Ariſtoteles in Categoriis & naturalium libris ſcripſerunt, breviter pertractantur. Lugduni, apud Ioan. Marion, 1516, in 8.

Claudii Galeni Pergameni Hiſtoriales Campi in quatuor libros congeſti, & commentariis non pœnitendis illuſtrati. Clyſteriorum Camporum ſecundum Galeni mentem libellus utilis & neceſſarius. Ejuſdem de Phlebotomia libri duo. Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1532, in fol.

Vita Meſuæ. Extat cum hujuſdem Operibus, Lugduni, apud Gjuntam, 1523, in 8.

Vita Arnoldi de Villanova. Extat cum hujuſdem Operibus, Lugduni, apud Guiliel. Hyon, 1520, in fol.

Cribratio, Lima, & Annotamenta in Galeni, Avicennæ, & Conciliatoris opera. Venetiis, 1565, in fol. Lugduni, apud Aſcenſium, 1516, in 8.

Annotamenta, errata, & caſtigationes in Avicennæ Opera. Extant cum hujuſdem Operibus, Lugduni, apud Iacobum Myt, 1522, in 4.

Annotamenta, errata, & caſtigationes in Petri Apponenſis Opera. Extant cum his ipſis, Venetiis, apud Luc-Anton. Iuntam, 1548, in fol.

Gallicum Pentapharmacum, Rhabarbaro, Agarico, Manna, Terebinthina, & Sene Gallicis conſtans: cum Donati à Mutiis Medici Raguſini Epiſtola de Terebinthinæ reſinæ facultatibus. Lugduni, apud Melch. & Gaſp. Trechſel, 1534, in 8.

Symphonia Galeni ad Hippocratem, Celſi ad Avicennam, cum Clyſteriorum campis. Contra Arabum doctrinam pro Galeno, una cum ſectis antiquorum Medicorum. Lugd. 1528, in 8. Ibidem, apud Melch. & Gaſp. Trechſel, 1531, in 8.

Symphonia Platonis cum Ariſtotele, Galeni cum Hippocrate. Hippocratica Philoſophia ejuſdem. Platonica medicina de duplici mundo, cum ejuſdem Scholiis. Speculum Medicinale Platonicum. & Apologia literarum humaniorum. Pariſiis, apud Iodocum Badium, 1516, in 8.

Caſtigationes ſeu emendationes Pharmacopolarum, ſive Apothecariorum, ac Arabum Medicorum Meſuæ, Serapionis, Raſis, Alpharabii, & aliorum juniorum Medicorum, in quatuor libros ac Tomos diviſæ: in quas quidquid apud Arabes erratum fuerit ſumma cum diligentia congeſtum eſt. Liber primus de ſimplicibus medicamentis, quo docentur errata Seplaſiarum & Pharmacopolarum, ſive Aromatariorum, ac recentium Medicorum, additis eorundem confutationibus. Liber ſecundus in quo continentur Caſtigationes in Antidotarium ſeu Grabadin Ioannnis Meſuæ, Nicolai, Serapionis, ac aliorum recentiorum Medicorum. Liber tertius eſt de ingenio curandorum corporum per medicinas laxativas. Liber quartus complectitur curationes ad remedia ægritudinum principalium humani corporis. Quibus adjungitur Officina Apothecariorum, & juniorum Medicorum: Item de Phlebotomia ſive ſanguinis miſſione, & præſertim in Pleuritide, ex opinionibus Græcorum, quorum dicta in pleriſque non intellexerunt Arabes. Item de vinis febricitantium ex traditionibus, Græcorum, Arabum, Pœnorum, ac confirmationibus Sacrarum literarum. Lugduni, apud Ioan. Creſpin, 1532, in 8.

De Corporum animorumque morbis, & horundem remediis, Opuſculum, in duos libellos partitum. Lugd. apud Guil. Hyon, 1528, in 8.

De Claris Medicinæ ſcriptoribus, veteribus ac recentioribus, liber. Lugduni, apud Trechſel, 1531, in 8.

Libelli duo. Primus de Medicinæ claris Scriptoribus in quinque tractatus diviſus, quorum primus doctiſſimorum medicorum laudes percurrens, Magiæ partes commemorat & reprobat, Regeſque qui in Medicinis claruerunt pertract. 2, eſt de Philoſophis qui in medicinis claruerunt. 3, de Viris Eccleſiaſticis qui in Medicinis claruerunt, & in ea arte ſcripſerunt. 4, eſt de Italis qui in Medicinis claruerunt & ſcripſerunt. 5, de Claris Medicis, qui in Gallia, Hiſpania, Anglia & Germania claruerunt. Secundus liber eſt de Legum Divinarum & Humanarum conditoribus & Scriptoribus, atque de Pſeudopropheta Mahometo. Symphoriani Campegii & Sebaſtiani Choppini Molliſſovienſis in Legem Mahometicam Dialogus. Campegii de Corporum Animorumque morbis, eorumdemque remediis Opuſculum in duos partitum libellos. *Primus* introductorius eſt in Practicam Galeni: Secundus Ægritudinum animorum

rum curativus. Religionis Euangelicæ & Chriſtianæ ex Gentilium & Philoſophorum argumentis comprobatio. Ejuſdem Aphoriſmi ſive Collectionum libellus in decem capita diviſus. Opera Hippocratis parva noviter de Græco in Latinum traducta, libris ſeptem, Andrea Brentio Patavino interprete. Primus, De Natura hominis: ſecundus, De Victu: tertius, De tuenda valetudine: quartus Medicinæ lex: quintus, Iusjurandum: ſextus, Demonſtratio quod artes ſunt: ſeptimus, Invectiva in obtrectatores. Alexander Aphrodiſeus de Febribus, Georgio Valla interprete. Alexandri Benedicti Veronenſis Aphoriſmi ſive Collectionum libellus de Medici atque Ægri Officio. Quædam epiſtolæ ad Symphorianum Champerium. Omnia conjunctim Lugduni, 1506, in 8.

Medicinale bellum inter Galenum & Ariſtotelem geſtum, quorum hic cordi, ille autem cerebro favebat, in duos libros diviſum; primus Cerebri & Cordis de principalitate humani corporis contendentium continet certamen: ſecundus Dianæ & Veneris atrociſſimum conflictum complectitur. Lugduni, apud Simonem Vincentium, 1516, in 8.

Roſa Gallica, omnibus ſanitatem adfectantibus utilis & perneceſſaria. Cui accedit Margarita pretioſa de Medici atque ægri officio. Pariſiis, apud Aſcenſium, 1514, in 8.

Speculum, ſive Epitome Galeni, ſeu Galenus abbreviatus, vel inciſus & interfectus quæcunque in ſpeculo continebantur comprehendens. Medicinæ propugnaculum, in ſpeculum Medicinæ Galeni. Galeni Vita. De Elementis Galeni Epitoma. De generatione animalium Epitoma. De paſſione uniuſcujuſque particulæ corporis & cura ipſarum, qui liber decem tractatuum ſive myamir intitulatur Epitoma. Sylvæ febrium ex Galeni libris ad complementum libri myamir. De gynæciis liber, hoc eſt, de paſſionibus mulierum. De Dynamidiis liber. De morbis oculorum Galeni libri duo. Addita ſunt, Tabula omnes materias & ſingulares morbos comprehendens. Conſtantini Aphricani Therapeutica, ſeu megatechni ſuper libros de ingenio ſanitatis Galeni. Lugduni, apud Ioan. Marion, 1516, in 8. apud Ioan. de Ionvelle, 1517, in 8.

Paradoxa in Artem parvam Galeni. Epitome commentariorum Galeni ad Hippocr. libros Aphoriſmorum. Prognoſticorum, Regiminis acutorum, Epidemiorum. Item, Centiloquium Iſagogicum. Categoriæ medicinales. Lugduni, apud Ioan. Marion, 1516, in 8.

Vocabulorum medicinalium, ac terminorum difficilium explanatio, cum ejuſdem argumenti Epitoma. Item Iſidori Epiſcopi lib. IV Etymologiarum, quæ ſunt de Medicina, explicatio. Cum auctoris opere de Quadruplici diſciplina, ſcilicet Philoſophia naturali, Medicina, Theologia, & Morali Philoſophia, integrantes quadrivium. Lugduni, apud Claudium Davoſt, 1508, in 8.

Epiſtolæ Phyſicæ Campegii, Manardi, & Coronæi de transmutatione metallorum ad Regios Medicos, Capellanum & Miletum. Defenſio Avicennæ Laurentio Friſio auctore. Epiſtola reſponſiva Campegii in Laur. Friſium. Lugduni, apud Benedictum Bounyon, 1533, in 8.

Epitome Commentariorum Galeni in libros Hippocratis Coi. Primus Aphoriſmorum. Secundus Prognoſticorum. Tertius Regiminis acutorum morborum. Quartus Epidemiarum. Ejuſdem Centiloquium Iſagogi-

gogicum in libros Hippocratis, in quo præclariſſima quæque digna lectu, quæ à Galeno ſcripta ſunt, breviter & placido ſtilo narrantur. Lugduni, apud Ioh. Marion, 1516, in 8.

Cribratio medicamentorum fere omnium, in ſex digeſta libros. His acceſſerunt Quæſtio aurea de exhibitione medicinarum venenoſarum. De Miſtorum generatione, de Concretis, & abſtractis. Apologia in Academiam novam Hetruſcorum. Lugd. apud Sebaſt. Gryphium, 1534, in 8. Huic addita eſt Medulla totius Philoſophiæ naturalis, ac Medicinæ.

SYNESIVS

In Democritum Abderitam de Arte ſacra, ſive de rebus naturalibus, & myſticis Commentaria. Extant Latine cum Antonii Mizaldi Memorabilium, Centuriis IX, Coloniæ, apud Ioan. Birckmannum, 1574, in 16. Græce Mss. apud Med. Clariſſ. Ioan. Elichmannum.

SYNESIVS, *Epiſcopus Cyrenes*

De Inſomniis liber, extat Græce cum Artemidoro, Venetiis, apud Aldum, 1527, in 4. & cum cæteris ejus operibus Pariſiis, apud Adr. Turnebum, 1553, in fol. Latine interprete Marſilio Ficino, cum Augerii Ferrerii libello de Inſomniis, Lugduni, apud Tornæſium, 1549. in 16. Græce & Latine ex interpretatione Dionyſii Petavii, Aurelianenſis, inter Opera ejus edita Lutetiæ, apud Cl. Morellum, 1612, in fol. pag. 132.

SYRACVS

Expoſitio in II & III partem IV Fen I Canonis Avicennæ. Venetiis, apud Domitium de Tridino, 1547, in maj. fol. cum Avicennæ libro de Removendis nocumentis, aliiſque.

T.

TARENTINVS

De Re ruſtica fragmenta aliquot, extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. XX Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioa. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

TARQVINIVS CARPINETVS, *Patavinus*

De Gutta, ſive Iuncturarum dolore, quem Arthritin dicunt, tractatus. Patavii, 1609, in 4. Venetiis, apud Societatem, anno & forma iiſdem.

TARQVINIVS OCYORIS

De vigintiquinque radicibus peſti reſiſtentibus. Argentorati, apud Ioſephum Rihelium, 1589, in 8.

TAVLADANVS

Animadverſio in Braſeſchi dialogum de materia lapidis. Extat cum Alchemiæ Voluminibus, editis Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 8. *vide* Autorum Chemicorum variorum.

TERTIVS DAMIANVS, *Viſſenacus Decipolitanus Medicus A. C. circiter* 1530, *maximi pretii. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Theoricæ medicinæ, totam rem miro compendio complectentes, non modo Medicis aut Chirurgis, verum & omnibus, quibus ſanitatis divitiæ cordi ſunt, accommodæ atque adeo neceſſariæ. His acceſſit, Libellus

bellus περὶ ἱδρωτικοῦ, tempore quo hoc malum ſæviret, ab eodem concinnatus. Antverpiæ, apud Antonium Dumæum, 1541, in 4.

TEVCER ANNÆVS PRIVATVS

De Anatomiæ laudibus Præfatio, præmiſſa eſt Methodo Anatomicæ Hier. Capivaccii. Francof. apud Egenolphum, 1594, in 8.

Adami Loniceri, Explicationem Methodicam, omnium Corporis Humani affectuum : Item, Ejuſdem Lib. VI. De Purgationibus, publicavit.

Hieronymi Capivaccii Methodum medendi edidit Francof. in 8.

TADDÆVS, *Florentinus, Medicus peritiſſimus, & omnium Neotericorum ditiſſimus propter ingentem mercedem, quam à Principibus, in diem ſolebat paciſci. Vixit ſub Rodolpho Imperatore A. C.* 1280. *Secundum alios, A. C.* 1270, *cum Placentino. VVolfg. Iuſtus, in Chronol. Medic.*

Expoſitiones in arduum Aphoriſmorum Hippocratis volumen. In divinum Prognoſticorum Hippocratis librum. In præclarum Regiminis acutorum Hippocratis opus. In ſubtiliſſimum Ioannitii Iſagogarum libellum. Ioan. Bapt. Nicollini Salodienſis opera in lucem emiſſæ. Venetiis, apud Luc- Antonium Iuntam, 1527, in fol.

In Cl. Galeni Artem parvam Commentaria. Neapoli, 1522, in fol.

THADDÆVS DVNVS, *Locarnenſis*

Epiſtolæ Medicinales : in quibus de Oxymelitis facultatibus, & curatione pleuritidis, morborumque articularium tractatur. Ejuſdem de Hemitritæo, ſive febre ſemitertiana, Libellus. Item Miſcellaneorum de re Medica liber omnino utilis, alias non editus. Tiguri, apud Ioan. Wolphium, 1592, in 8. apud Andr. Geſnerum primum, 1555, in 8.

De ratione curandi per venæſectionem libri III. Lutetiæ, apud Stephanum, 1544, in 8. Tiguri, apud Froſchoverum, 1570. in 8.

De ratione curandi per venæſectionem liber quartus, prioribus adjungendus. Tiguri, apud Froſchoverum, 1571, in 8.

Nova conſtitutio artis revellendi, derivandi, ſimpliciterque vacuandi per venæſectionem, uno quidem libro, eoque brevi comprehenſa, cæterum duobus aliis plenius illuſtrata & confirmata. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1557, in 8.

Muliebrium morborum omnis generis remedia, ex Dioſcoride, Galeno, Plinio, Barbariſque & Arabibus collecta & diſpoſita. Argentorati, apud Ioſephum Rihelium, 1565, in 8.

De Reſpiratione liber. Quod reſpiratio non ſit motus voluntarius, hoc eſt, non ex noſtro arbitrio pendeat, (quod tamen Galenus cenſet) ſed animalibus tam rationalibus, quam irrationalibus, à natura ingenita eſt. Tiguri, apud Froſchoverum, 1588, in 8.

THADDÆVS HAGECIVS, *ab Hayck*

Actio Medica adverſus Philippum Fanchelium Belgam, Incolam Buduicenſem, Medicaſtrum, & Pſeudoparacelſiſtam. Ambergæ, apud Mich. Forſterum, 1596, in 8. Continet autem I, Exegeſin ſingularem Curationis fœdæ Scabiei in filiola ſexenni Illuſtris Baronis Caſparis Zerotini, &c. Simul etiam juſtam querelam in Phil. Fanchelium, quod in extremo utrumque felicis curationis actu, eandem clandeſtine & furtim deleteriis pharmacis crudeliter excarnificatam necaverit. II, Philippi

Fanchelii Reſponſum ad eandem Exegeſin. III, Eidem Reſponſo aliud Reſponſum oppoſitum ſub titulo Antifanchelius.

De Cereviſia, ejuſque conficiendæ ratione, natura, viribus, & facultatibus, Opuſculum. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1585, in 8.

Aphoriſmorum medicorum libellus unus. Ibidem, in 8.

Metopoſcopia. Francof. apud hæredes Wecheli, 1584, in 8.

THADDÆVS NEMICVS, *ab Hageck*

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, qua quæritur quid ſint Baccæ piſcatoriæ, quas officinæ vocant cotulas Elephantinas. Extat lib. III Epiſtol. Matth. pag. 389.

THEOBALDVS, *Epiſcopus*

Phyſiologus, de naturis XII Animalium, cum Auctoris incerti rudi Commento opuſculum. Excuſum ſub fin. ſæculi XIV, ſuppreſſo loci & typographi nomine, in 4.

THEOBALDVS ANGVILBERTVS, *Hybernienſis*

Menſa Philoſophica, compendioſe tractans inprimis quid in conviviis pro cibis & potibus ſumendum eſt. Deinde qui ſermones in illis ſecundum exigentiam perſonarum habendi ſunt, & quæ ſectiones diſcutiendæ, quæ inſuper facetiæ & joci interſerendi. Pariſiis, apud Ioannem Parvum, 1517, in 8.

THEOBALDVS FOTTICH

De conſolidatione partium genitalium præter naturam Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervation. medicinal. ſingul. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 508.

THEOBALDVS de HOGHELANDE, *Mittelburgenſis*

De Alchemiæ difficultatibus Liber. In quo docetur quid ſcire, quidve vitare debeat veræ Chemiæ ſtudioſus ad perfectionem aſpirans: & multæ Philoſophorum Propoſitiones obſcuræ & difficiles explicantur. Coloniæ, apud Henr. Falckenburg, 1594, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 113.

THEOBALDVS le PLEIGNII, *Vindocinenſis*

De Vſu Pharmaceutices in conſarcinandis medicamentis Iſagoge. Ad vulgarem medendi regulam, nequaquam diſſimulatis Empiricorum ſuccidaneis, atque μιμιγμένοις præparationibus, & adminiſtrationibus, ex non contemnenda tum veterum, tum Neotericorum ἐπιχειρῇ, Seplaſiariis, Pharmacopolis, Iunioribus Medicis, ei artificio ſe mancipare volentibus, non minus utilis, quam neceſſaria. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Petrum FFR. de Sabio, 1542, in 24. Lugduni, apud Ioan. Barbonum, 1539, in 16. Antverpiæ, apud Guil. Montanum, 1542, in 16.

THEODORVS, *Floruit ſub Conſtantino II, Cæſare, A. C. 252. Juſtus in Chronol. Medic.*

Diæta, quibus vel ſalubriter utendum, vel cautius abſtinendum ſit. Argentinæ, apud Ioannem Schottum, 1544, in fol. Cum notis Georgii Eberhardi Schreineri. Hallis, 1638, in 8.

THEODORVS ANGELVTIVS, *à Belforte*

Ars Medica, ex Hippocratis & Galeni theſauris potiſſimum deprompta, ac ſingulari quodam & perſpicuo ſententiarum ordine expoſita. Venetiis, apud Paulum Mejetum, 1588, in 4.

De

De Natura & Curatione Malignæ febris libri quatuor. Venetiis, apud Robertum Mejetum, 1593, in 4.

Bactria; quibus rudens quidam ac falſus criminator valide repercutitur, & de natura malignæ febris accuratiſſime diſſeritur. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1593, in 4.

THEODORVS BARONIVS, *Cremonenſis*

De Operationis Mejendi triplici læſione, & curatione libri duo. In quibus morbi omnes renum, & veſicæ, quoad eorum cognitionem, prognoſticum, & curationem, ex Galeni præſertim mente cumulate pertractantur, & quæſtiones multæ ab antiquis recentioribuſque medicis partim omiſſæ, partim perperam ſolutæ, proponuntur & enodantur. Papiæ, apud Andr. Vianum, 1609, in 4.

THEODORVS BELLEVS, *Siculus Raguſinus*

In Hippocratis Coi Aphoriſmos Commentarius primus. Panhormi, apud Ioan. Matthæum Mayda, 1571, in 4.

THEODORVS BEZA, *Vezelius*

De Peſte Quæſtiones duæ explicatæ: una, ſitne contagioſa: altera, an & quatenus ſit Chriſtianis per ſeceſſionem vitanda. Genevæ, apud Euſtathium Vignon, 1579, in 8. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1636, in 12. Acceſſit Andreæ Riveti ejuſdem Argumenti Epiſtola; in qua & mos, cadavera mortuorum in templis ſepeliendi, redarguitur.

THEODORVS COLLADO, *Biturix*

Adverſaria, ſeu Commentarii medicinales Critici, Dialytici, Epanorthotici, Exegematici, ac Didactici. Vbi varii & multiplices Neotericorum, qui centum abhinc annis ſcripſerunt, & medicinam fecerunt, errores aperiuntur, excutiuntur, refelluntur, & ex familia medica eliminantur: ac priſtina, genuinaque antiquorum doctrina, à zizaniis ac ſordibus perpurgata, ſuo nitori ac puritati reſtituitur. Tomus prior & Tomus alter. Genevæ, apud Iacobum Stoer, 1615, & 1617, in 8.

THEODORVS CORBEJVS, *Hervordianus*

Pathologia, ſive morborum & affectuum omnium præter naturam, qui corpus humanum invadere ſolent, enumeratio, ex veterum Græcorum, Latinorum, Arabumque fontibus, ac recentiorum limpidiſſimis rivulis exhauſta, & compendioſa, facili, accurata, & perſpicua methodo diſpoſita. Francofurti, apud Zach. Palthenium, 1616, in 8. Noribergæ, apud Wolfgangum Endterum, 1647, in 8. cum brevi totius Medicinæ delineatione, in præfatione præmiſſa, adumbrata & additamentis exornata ab Hermanno Corbejo,, Aut. F.

Pharmacia Simplicium, & Compoſitorum bipartita. Francofurti, apud Schönwetterum, 1656, in 4.

THEODORVS GAZA

Expoſitio Latina Lib. VII Aphoriſmorum Hippocratis, cum Iac. Forlivienſis, Marſiliique Expoſitionibus. Edidit Iac. Forlivienſis Papiæ, apud Iac. de Burgofranco, 1512, in fol.

Item Problematum Ariſtotelis. Extat in Petri de Apono Expoſitione eorundem.

Item, Theophraſti Ereſii, Lib. x; de Hiſtoria Plantarum.

THEODORUS de MAYERNE

De Gonorrhœæ inveteratæ & carunculæ ac ulceris in meatu urinario curatione, Epiſtola. Extat Cent. I Epiſtol. Guil. Fabr. Hildani. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 455. & ſuper eadem re altera Cent. V Obſervat. ejuſdem Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 216.

Apologia contra Anonymum. Rupellæ, 1603, in 8.

THEODORUS PRISCIANUS

Ad Timotheum fratrem Phænomenon euporiſton lib. I. Logicus lib. II. Gynæcea ad Salvinam lib. III. Baſileæ, apud Frobenium, 1532, in 4. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis Antiquis, pag. 291, ubi hoc ordine recenſentur: Liber, qui Logicus dicitur ad Timotheum fratrem. Liber II, De Oxyoris, ſeu Acutis paſſionibus, ad eundem. Liber III, ad Victoriam, Gynæcia, ſeu de Mulierum paſſionibus. Liber IV, ad Euſebium filium, de Phyſica ſcientia.

De morbis mulierum varia habentur in Harmonia Gynæciorum, cum Gynæciorum libris ab Iſr. Spachio editis.

THEODORUS SVINGERUS, *Baſilienſis*

In Artem Medicinalem Galeni Tabulæ & Commentarii. Ex quibus Medici longæ artis compendium: Philoſophi, cognitione naturæ in corpore humano, tanquam in microcoſmo: Logici denique, artificioſam ordinis definitivi dialyſin, magna cum utilitate & facile haurire poterunt. Baſileæ, apud Ioa. Oporinum, 1561, in fol.

In Galeni librum de Conſtitutione artis Medicæ Tabulæ & Commentarii. Ex quibus rationem inveniendi & conſtituendi artem quamlibet, juxta Reſolutivi ordinis leges (cujus natura, ars & uſus multis jam ſæculis latuit) ſtudioſus Lector facili negotio depromet. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1561, in fol.

Hippocratis Coi Viginti duo Commentarii Tabulis illuſtrati: Græcus contextus ex doctiſſ. V V. codicibus emendatus. Latina verſio Iani Cornarii innumeris locis correcta. Sententiæ inſignes per locos communes methodice digeſtæ. Baſileæ, apud Epiſcopios, 1579, in fol. Eſt autem hic

Commentariorum Hippocratis Tabulis illuſtratorum Elenchus:

Περὶ Τέχνης.	De Arte.
Περὶ Ἀρχαίης ἰητρικῆς.	De Veteri Medicina.
Νόμος.	Lex.
Ὅρκος.	Iusjurandum.
Περὶ Ἰητροῦ.	De Medico.
Περὶ Εὐσχημοσύνης.	De Elegantia.
Παραγγελίαι.	Præceptiones.
Περὶ Σαρκῶν, ἢ μᾶλλον, περὶ Ἀρχῶν.	De Carnibus, *ſeu potius*, De Principiis.
Περὶ Γονῆς.	De Genitura.
Περὶ Φύσιος παιδίου.	De Natura pueri.
Περὶ Ἑπταμήνου.	De Septimeſtri.
Περὶ Ὀκταμήνου.	De Octimeſtri.
Περὶ Αἰῶνος.	De Ætate.

Περὶ

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου.	De Natura humana.
Περὶ ἀέρος, ὑδάτων, τόπων.	De Aëre, Aquis, Locis.
Περὶ φυσῶν.	De Flatibus.
Περὶ τροφῆς.	De Alimento.
Περὶ τόπων, τῶν κατ' ἄνθρωπον.	De Locis in homine.
Περὶ ἀδένων.	De Glandulis.
Περὶ διαίτης βιβλία τρία.	De Diæta libri tres.
Περὶ ἐνυπνίων.	De Inſomniis.
Περὶ ὑγρῶν χρήσιος.	De Humidorum uſu.

His ad Ioannem Cratonem V. Cl. Præfationem præmiſit; in qua librorum Hippocrateorum Diſpoſitionem, & argumenti ſingulorum velut indicationem per Tabulas explicuit.

Phyſiologia Medica, eleganti ordine conſcripta, rebuſque ſcitu digniſſimis, Theophraſti item Paracelſi totius fere Medicinæ dogmatibus illuſtrata. Baſil. apud Sebaſtianum Henric-Petri, 1610, in 8.

Methodus ruſtica Catonis atque Varronis Præceptis Aphoriſticis per Locos communes digeſtis, typice delineata, & illuſtrata. Baſil. apud Petrum Pernam, 1576, in 8.

Conſilia & Epiſtolæ quædam Medicæ, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Petri de Bayro, de medendi humani corporis malis Encheiridion, edidit; addito ejuſdem Autoris Tractatu de Peſte. Extat apud eundem Bayro.

THEODORICVS, *Epiſcopus Cervienſis Chirurgus, ordinis Prædicatorum. Vixit A. C.* 1494. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Chirurgia ſecundum medicationem Hugonis de Luca. Venet. apud Octavianum Scotum, 1490: apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. cum Chirurgia Guidonis, Bruni, Rolandi, aliorum. apud Iuntas, 1546, in fol. cum Arte Chirurgica.

THEODORICVS, *Oſtrogothorum Rex*

De Thermis Aponi Epiſtola ad Aloiſium Architectum. Extat pag. 93 Operis Veneti de Balneis.

THEODORICVS DORSTENIVS, *Medicus optimus & Simplicium explorator eruditiſſimus. Vixit circa A. C.* 1539. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Botanicon, continens herbarum, aliorumque ſimplicium, quorum uſus in medicinis eſt, deſcriptiones, & Iconas ad vivum effigiatas: ex præcipuis tam Græcis, quam Latinis Auctoribus concinnatum. Additis etiam quæ Neotericorum obſervationes, & experientiæ vel comprobarunt denuo, vel nuper invenerunt. Francof. apud Chriſt. Egenolphum, 1540, in fol.

THEODORICVS GERARDVS, *Gandavus. Medicus eruditus. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni de Simplicium medicamentorum facultatibus lib. XI. Latine interpretatus eſt. Item, De Curandi ratione per ſanguinis miſſionem.

THEODORICVS RESCHINGEDER

Epiſtola Medica cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

THEO-

THEODORICVS VLSTENIVS, *Friſius*

De pharmacandi comprobata ratione, Medicinarum ſimplicium rectificatione, ſymptomatumque purgationis hora ſupervenientium emendatione, libri duo. Noribergæ, 1596, in 8. Baſil. apud Henr. Petri, 1571, in 8. Cum Georgii Pictorii Villingani Commentariis.

THEOMNESTVS

De Mulomedicina capita aliquot, extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem Baſileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Pariſ. apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

De Re ruſtica fragmenta aliquot, extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſil. apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete. Baſil. apud Frobenium, 1540, in 8.

THEON

Fragmentum unum, extat apud Aëtium Amidenum; ſcilicet, Vini purgantis bilem præparatio, tetrab. 1, ſerm. 3, cap. 58.

THEOPHYLACTVS SIMOCATVS

Naturalium quæſtionum diſſertatio. Græce, Lugd. Bat. apud Ioh. Patium & Ioh. Balduinum, 1596, in 12. Græco-Latine, apud Commelinum, 1600, in 8. cum ejuſdem, quæ reperiri potuerunt reliquiis.

THEOPHILVS, *alias* PTOLOTHÆVS, *Vixit A. C. circiter 170. Iuſtus in Chronol. Med.*

De exacta recrementorum Veſicæ cognitione Commentariolus. Albano Torino interprete. Baſil. apud Henr. Petri, 1533, in 8. Cum Philareti de Pulſuum ſcientia libello. Pariſ. 1567, in fol.

De Vrinis liber ſingularis. Federicus Morellus ex Bibliotheca Regia nunc primum prodeuntem Latine vertit. Lutetiæ, apud Federicum Morellum, 1608, in 12. Græcolatine.

De fabrica corporis humani. Extat cum Medicis Græcis antiquis, Baſil. 1581, in 4.

THEOPHILVS de GARANCIRES

Flagellum Angliæ ſeu Tabes Anglica, numeris omnibus abſoluta. Londini, apud Withakerum, 1697, in 12.

THEOPHILVS KENTMANN, *Miſnienſis*

De Exhalationibus fumoſis & vaporoſis, flatuoſiſque ſpiritibus in Macrocoſmo & Microcoſmo exiſtentibus, tractatus Philoſophicus & Medicus. Halæ Hermandurorum, 1591, in 4.

THEOPHILVS MADER

Thomæ Eraſti, Diſputationum & Epiſtolarum medicinalium Volumen edidit.

THEOPHILVS NEVBERGERVS

Refugium in neceſſitatibus monſtratum in funere D. Ioannis Hartmanni, Archiatri. Caſſellis, 1632, in 4.

THEOPHILVS de PEGA

Sylloge an Hoſtia ſit verus cibarius, & συνώνυμος dictus Panis. Hanoviæ, apud Daniel. & David. Aubrios, 1618, in 8.

THEOPHILUS PROTOSPATARIUS, *Medicus Græcus. Claruit poſt Galenum. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Corporis humani fabrica libri quinque Græce. Pariſiis, apud Guil. Merelium, 1555, in 8. A Iunio Paulo Craſſo Patavino in Latinam rationem converſi. Hippocratis præterea Coi de purgatoriis medicamentis libellus. Venet. apud Octavianum Scotum, 1536, in 8. Pariſ. apud Conradum Neobarium, 1540, in 16.

THEOPHILUS RAYNAUDUS, *Laſpitellenſis, è Soc. Ieſu*

De Ortu Infantium contra naturam per ſectionem Cæſaream. Ejuſdem Error popularis de Commmunione pro mortuis. Lugduni, 1647, in 8.

THEOPHRASTUS, *Lesbius. Laërt. vero, in 5, Ereſius. Sic ab Ariſtotele, antea Euphraſtus ob oris & Eloquentia ſuavitatem, & Tytamus dictus. Habuit diſcipulos ad duo millia. C. Plinio major, 490 annis. Primus qui à Magni Alexandri ætate ſcripſit. Vixit A. M. 3652, aliis 3644, A. ante C. 310. aliis. 318, Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Hiſtoria Plantarum libri decem. De cauſis Plantarum libri ſex. Græce. Venet. apud Aldum Manutium, 1479, in fol. His addita ſunt, Ariſtotelis problematum ſectiones duodequadraginta. Alexandri Aphrodiſienſis problematum libri duo. Ariſtotelis mechanicorum liber unus. Ejuſdem Methaphyſicorum libri quatuordecim. Theophraſti Metaphyſicorum liber unus. Venet. apud Aldum, 1497, apud Aldi filios, 1552, in 8. In hac editione continentur: Theophraſti vita ex Diogene. De Hiſtoria plantarum lib. x. De Cauſis plantarum lib. VI. De Igne liber unus. De Senibus liber unus. De Ventis liber unus. De Piſcibus liber unus. De Vertiginibus liber unus. De Odoribus liber unus. De Sudoribus liber unus. De Lapidibus liber unus. De ſignis aquarum, & ventorum, & flatuum, & de ſignis tempeſtatis atque tranquillitatis, & de poſitionibus nominibusque ventorum, liber unus. Metaphyſices lib. unus. Characterum liber unus. Philonis de mundo liber unus. Latine. Theodoro Gaza interprete. Baſileæ, apud Cratandrum, 1550, in fol. Pariſiis, apud Ægidium Gourmoncium, 1529, in 8. Græce & Latine, cum notis Ioan. Bodæi à Stapeln, Iulii Cæſ. Scaligeri, & Roberti Conſtantini. Amſtelodami, apud Henricum Laurentium, 1644, in fol.

Opera, quæ quidem à tot ſæculis adhuc reſtant, omnia: ſummo ſtudio partim hinc inde conquiſita, atque in unum veluti corpus nunc primum redacta: partim à multis quibus etiam hactenus ſcatebant mendis, doctorum virorum induſtria ac meliorum exemplarium ope repurgata. Græce. Baſileæ, apud Ioan. Oporinum, 1541, in fol. Hieronymus Gemuſæus Præfationem in hæc adſcripſit. Græco-Latine. Lugd. Bat. apud Ioan. Orlers, Andr. Cloucq, & Ioh. Maire, 1613, in fol. Daniel Heinſius hujus edit. Textum Græcum locis infinitis partim ex ingenio, partim libris emendavit: hiulca ſupplevit, male concepta recenſuit: interpretationem paſſim interpolavit.

Pleraque antehac Latine nunquam, nunc Græce & Latine ſimul edita. Interpretibus Daniele Furlano Cretenſe, & Adriano Turnebo. Acceſſerunt, liber de Innato Spiritu, Ariſtoteli attributus, & Daniëlis Furlani uberes ad omnia Commentarii. Ex Bibliotheca Ioannis Vincentii Pinel-

Pinelli. Hanoviæ, apud Claudium Marnium, & hæredes Ioan. Aubrii, 1605, in fol.

Librorum, fragmentorumque hoc volumine contentorum, Syllabus:

De Lapidibus, Danièle Furlano interprete.
De Signis pluviarum.
De Signis ventorum.
De Signis tempeſtatis.
De Signis ſerenitatis.
De Igne, Adriano Turnebo interprete.
De Odoribus.
De Sudoribus, Danièle Furlano interprete.
De Vertigine.
De Laſſitudinibus.
De Piſcibus in ſicco degentibus.
De Animalibus, quæ colorem mutant.
De Nervorum reſolutione.
De Animi defectione.
De Animalibus, quæ repente apparent.
De Animalibus, quæ dicuntur invidere.
De Melle.
Notæ morales, eodem interprete.
De Innato Spiritu liber, Ariſtoteli attributus.

De Cauſis Plantarum liber primus. Græce. Pariſ. apud Vaſcoſanum, 1550, in 4.

De ſubfruticibus, herbiſque, ac frugibus libri quatuor, Theodoro Gaza interprete. Argentorati, apud Henricum Sybold, in 8.

De Sudoribus & Vertigine Græco-Latine cum Annotationibus Bonaventuræ Grangenii. Pariſ. 1576, in 8.

THIERRY de HERY

Luis venereæ curandæ methodus. Lutetiæ, apud Matthæum Davidem, in 8.

THOMAS de AGVIAR

Apologia contra Iletonſum Nunez. Marcenæ. 1621, in 4.

THOMAS AQVINAS

De motu Cordis liber. Romæ, apud hæredes Antonii Baldi, 1570, in fol. cum reliquis ejus operibus.

Secreta Alchimiæ magnalia, de Corporibus ſupercœleſtibus, & quod in inferioribus inveniantur, & quoquo modo extrahantur: de Lapide minerali, animali, & plantali. Item Theſaurus Alchimiæ ſecretiſſimus, quem dedit fratri ſuo Reinaldo. Studio Danièlis Brouchuſii in lucem edita. Coloniæ Agrippinæ, apud Nicol. Bohmbargen, 1579, in 4. Lugd. Bat. apud Thomam Baſſon, 1602, in 8. Acceſſit Ioannis de Rupeſciſſa liber Lucis, ac Raimundi Lullii Clavicula, & Apertorium. Cum Præfatione Ioannis Heurnii & Volumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Liber Lilii Benedicti nuncupatum. Extat Volumine quinto ejuſdem Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Tractatus ſextus de Eſſe & Eſſentia mineralium tractans. Extat eodem Volumine quinto Theatri Chemici.

Aurora, ſive Aurea hora. Ejuſdem Comment. ſuper Turbam Philoſophorum breviorem, ut dicitur. Extant Decade 11 Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ à Ioan. Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

THO-

THOMAS AVBEL

Georgii Rivetti, Tractatum de Peſte, ex Italica, in Latinam linguam tranſtulit.

THOMAS BARTHOLINVS, *Caſp. F. Danus*

Anatomia, ex Caſpari Bartholini Parentis Inſtitutionibus, omniumque Recentiorum & propriis obſervationibus primum locupletata, edita eſt Lugd. Bat. apud Franc. Hackium, 1641, in 8. Secundum, apud eundem, 1645, in 8. Tertium ad ſanguinis circulationem reformata, cum Iconibus novis accuratiſſimis. Ibidem apud eundem, 1651, in 8. Hagæ-Comitis, 1655, in 8.

Anatomica Aneuriſmatis diſſecti hiſtoria. Accedit Ioh. van Horne, ejuſdem Argumenti Epiſtola. Panormi, apud Alphonſum de Iſola, 1644, in 8.

De Lacteis Thoracicis in homine brutiſque nuperrime obſervatis, Hiſtoria Anatomica. Hafniæ, apud Melch. Martzam, 1652, in 4. Londini, apud Oct. Pulleyn, 1652, in 8. Pariſ. 1653, in 8.

Vaſa Lymphatica, nuper Hafniæ in Animantibus inventa, & in Homine, & Hepatis exequiæ. Hafniæ, apud Georg. Holſt, 1653, 1654, in 4. Pariſ. 1653, in 8.

Dubia Anatomica, de Lacteis Thoracicis; & An Hepatis Funus immutet medendi methodum. Haffniæ, apud Melch. Martzam, 1653, in 4.

Anatome Cygni, Diſputationis formâ propoſita. Haffniæ prælo Lamprechtiano, 1650, in 4.

Oratio de Monſtris in Natura & Medicina. Baſil. apud Deckerum, 1645, in 4.

Diſſertatio Oratoria, de variis Reipublicæ Chriſtianæ Morbis, & placidis eorum Remediis. Haffniæ, apud Martzam, 1649, in 4.

Defenſio Vaſorum Lacteorum & Lymphaticorum, adverſus Ioa. Riolanum celeberrimum Lutetiæ Anatomicum. Accedit Cl. V. Guilielmi Harvei de Venis lacteis ſententia expenſa. Haffniæ, apud Georg. Holſt, & Melch. Martzam, 1655, in 4.

De luce Animalium libri III. Admirandis hiſtoriis, rationibuſque novis referti. Lugd. Bat. apud Franc. Hackium, 1647, in 8.

Hiſtoriarum Anatomicarum rariorum Centuriæ I, & II. Hafniæ, apud Petrum Hanboldt, & Melch. Martzam, 1654, in 8.

Centuria III. & IV. Ibidem, 1657, in 8. Conjunctim prodiere Hagæ Comit. apud Adrian. Vlacq.

Hiſtoriarum Anatomicarum & medicarum rariorum Centuria V. & VI. Acceſſit Iohannis Rhodii Mantiſſa Anatomica. Hafniæ, apud Henr. Godianum, 1661, in 8.

Vindiciæ Anatomicæ, Cl. Viro Gaſparo Hoffmanno, aliiſque oppoſitæ, cum animadverſionibus, in Anatomica Hoffmanni. Haffniæ, apud Melch. Martzam, 1648, in 4.

Oratio in Exceſſum Dom. Olai Wormii. Haffn. 1655, in 4.

De Secundarum retentione. Haffn. 1657, in 4.

Oratio in obitum Henrici Fuiren. Ibid. 1659, in 4.

De Cruce Chriſti Hypomnemata IV. Haffn. 1651, in 8.

Obſer-

Obſervationes Anatomicas Petri Paw edidit Hafn. 1656, in 8. Iunctas Centuriis duabus poſterioribus ſuarum Hiſtor. Anatomic. rariorum edit. Haffnienſ. anni 1657, in 8.

De Angina puerorum Campaniæ Siciliæque epidemica Exercitationes. Acceſſit de Laryngotomia Renati Moreau Pariſienſis epiſtola. Pariſ. apud Olivarium de Varennes, 1646, in 8.

De Vnicornu obſervationes novæ. Acceſſerunt de Aureo cornu Olai Wormii eruditorum judicia. Patavii, apud Iul. Cribellium, 1645, in 8.

Diſſertatio de Latere Chriſti aperto. Lugd. Bat. apud Ioa. Maire, 1646, in 8.

Synopſis Antiquitatum Veteris puerperii. Haffn. apud M. Martzan, 1646, in 8.

Schedion de Armillis Veterum. Ibid. 1647, in 8.

Collegium Anatomicum Diſp. XVIII. adornatum. Haffniæ, 16[illegible], in 4.

Paralytici N. T. Medico & Philologico commentario illuſtrati. Ibid. 1653, in 4.

Diſpenſatorium Haffnienſe. Haffniæ, 1658, in 4.

Spicilegium ex Vaſis lymphaticis. Haffniæ, 1655, in 4.

De Nivis uſu medico Obſervationes variæ. Acceſſit Eraſmi Bartholini de Figura Nivis diſſertatio. Hafniæ, apud Matth. Godicchium, 1661, in 8.

THOMAS BODERIVS, *Rothomagenſis*

De ratione & uſu dierum criticorum opus recens natum, in quo mens tum ipſius Ptolemæi, tum aliorum Aſtrologorum hac in parte elucidatur. Cui acceſſit Hermes Triſmegiſtus de Decubitu infirmorum, nunquam antea in lucem editus. Pariſiis, apud Andr. Wechelum, 1555, in 4.

THOMAS BRONCORVS

De populari & peſtilenti Gutturis affectione. Neapoli, 1622, in 4.

THOMAS BROWNE, *Anglus*

Religio Medici. Lugd. Bat. apud Franc. Hackium, 1644, in 12. Argentorati, 1622, in 8.

THOMAS BYETIVS

Obſervationes in deſcriptionem Philippi Gæringi, & ſuper natura & uſu Fontium acidorum pagi Spa & ferrati Tungrenſis. Extant cum iſta Phil. Gæringi Fontium acidorum deſcriptione, Leodii, apud Henricum Hovium, 1592, in 8.

THOMAS CAMPANELLA, *Stylenſis*

Medicinalium juxta propria principia libri ſeptem. Lugd. apud Ioan. Pillehotte, 1635, in 4.

De Senſu rerum & Magia libri quatuor. Pars mirabilis occultæ Philoſophiæ, ubi demonſtratur, Mundum eſſe Dei vivam ſtatuam, beneque cognoſcentem; omneſque illius partes, partiumque particulas ſenſu donatas eſſe, alias clariori, alias obſcuriori, quantus ſufficit ipſarum conſervationi ac totius, in quo conſentiunt; & fere omnium Naturæ arcanorum rationes aperiuntur. Tobias Adami recenſuit, & nunc primum evulgavit.

gavit. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1620, in 4. Correcti & aucti Pariſ. apud Dionyſium Bechet, 1637, in 4.

Prodromus Philoſophiæ inſtaurandæ, id eſt, diſſertationis de Naturæ rerum compendium, cum præfatione ad Philoſophos Germaniæ. Francof. apud Ioannem Bringer, 1617, in 4.

Apologia pro Galilæo, ubi diſquiritur utrum ratio Philoſophandi, quam Galenus celebrat, faveat Scripturis ſacris, an adverſetur. Ibid. typis Kempffiis, 1622, in 4.

THOMAS à CASTELLO OCHOA

De Venenis. Granatæ, 1645, in 4.

THOMAS CORNACCHINVS, *Arretinus*

Tabulæ Medicæ. In quibus ea fere omnia, quæ à principibus Medicis Græcis, Arabibus, & Latinis de Curationis apparatu, Capitis, ac Thoracis Morbis, Febribus, Pulſibus, Vrinis ſcripta ſparſim reperiuntur, methodo adeo abſoluta collecta ſunt, ut & illa, & loci, unde ſunt hauſta, ſub unum cadant oculorum obtutum. Additæ ſunt ejuſdem in pleraſque Tabulas Adnotationes. Opus hoc ediderunt Marcus & Horatius FF. Patavii, apud Petrum Paulum Tozzium, 1605, in fol. Venet. apud Societatem, 1607, in fol.

THOMAS CORRACHINVS

Opera. Patavii, 1605, in fol.

THOMAS ERASTVS, *Helvetius Aquenſis. Floruit circa A.C. 1564. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Diſputationum de Medicina nova Philippi Paracelſi Pars prima: in qua, quæ de Remediis ſuperſtitioſis & Magicis curationibus ille prodidit, præcipue examinantur. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Generalia hujus Partis primæ capita quædam.

I. De Creatione. pag. 5, lin. 13.
II. De Virtute Miraculorum effectrice. pag. 30. lin. 6.
III. De Viribus Imaginationis, quas vel iſi proprium, vel in alienum corpus exercet. pag. 53, lin. 11.
IV. De Faſcinatione, & affinibus ei affectionibus. pag. 75, lin. 8. pag. 93, lin. 29.
V. De cœleſtium orbium rotatoribus Intelligentiis quædam. pag. 119, lin. 24.
VI. An aliqua detur Magia naturalis & licita. pag. 126, lin. 9.
VII. De Magia operatrice, ejuſque ſpeciebus: ubi de Verborum, Characterum, Imaginum, Figurarum, atque aliorum medicamentorum ſuperſtitioſorum efficacia fuſe diſputatur. pag. 155, lin. 4.
VIII. De Lamiis, ſeu Strigibus non inutilia ſcitu. pag. 193, lin. 27.
IX. De Magia Divinatrice, ejuſque ſpeciebus: ac de Divinatione quoque non pauca. pag. 215, lin. 19.
X. De Cœli aſtrorumque poteſtate & efficientia. pag. 231, lin. 2.
XI. De Vita & moribus Paracelſi nonnulla. pag. 236, lin. 16.
XII. Appendix. pag. 243.

Diſputationum de nova Philippi Paracelſi Medicina Pars altera: In qua Philoſophiæ Paracelſicæ Principia & Elementa explorantur. Continet præſens hæc diſputatio, præter ſolidam fundamentorum doctrinæ Paracelſi

Pp

racelſi Confutationem, alia plurima ad veræ philoſophiæ perceptionem utiliſſima. Baſil. apud Petrum Pernam, 1572. in 4.

Generalia quædam Capita hujus ſecundæ Partis Diſputationum adverſus Paracelſum.

I. De Doctrina & Doctore ſive Magiſtro Paracelſi. pag. 2, lin. 13.
II. De rerum naturalium veris Principiis. pag. 25, l. 4.
III. De falſis Paracelſi naturæ Principiis. p. 34, l. 28.
IV. De Elementis rerum miſtarum. p. 45, l. 32.
V. De Seminibus rerum in abyſſo Elementorum Paracelſicorum latentibus. p. 138, l. 5.
VI. De miſtione. p 194, l. 23.
VII. De miſtorum imperfectorum quorundam generatione, & cauſis. p. 232, l. 13.
VIII. De generatione lapidum. p. 247, l. 8.
IX. De Cabala ejuſque ſpeciebus ſeu partibus: & utrum aliqua licita ſit, an non ſit. p. 272, l. 1.

His adjecta ſunt:

X. Tractatus de Ortu, ſpeciebus, & materia Metallorum: in quo famoſa de Metallorum tranſmutatione quæſtio diligenter & fuſe enodatur.
XI. Epiſtola de Lapidis fabuloſi (qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur) hiſtoria, ortu, natura, & cauſis.

Diſputationum de nova Philippi Paracelſi Medicina Pars tertia. In qua dilucida & ſolida veræ Medicinæ aſſertio, & falſæ, vel Paracelſicæ Confutatio continetur. Cui acceſſit tractatio de Cauſa continente, eodem auctore. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Diſputationum de nova Medicina Philippi Paracelſi Pars quarta & ultima. In qua Epilepſiæ, Elephantiaſis ſeu Lepræ, Hydropis, Podagræ, & Colici doloris vera curandi ratio demonſtratur, & Paracelſica ſolidiſſime confutatur. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 4.

De Aſtrologia divinatrice liber operâ Ioannis Grynæi editus. Baſileæ, apud Pernam, 1580, in 4.

Repetitio Diſputationis de Lamiis ſeu ſtrigibus, in qua plane, ſolide & perſpicue de artis earum poteſtate, itemque pœna diſceptatur. Baſileæ, 1577, in 8.

Explicatio quæſtionis famoſæ: utrum ex metallis ignobilibus aurum verum conflari poſſit. 1572, in 4.

Diſputatio de Auro potabili, in qua accurate diſquiritur, num ex metallis opera chemiæ, concinnata pharmaca tuto utiliterque bibi poſſint. His adjectum eſt ad calcem libri Iudicium ejuſdem de indicatione Cometarum, ex veris fundamentis, & naturæ principiis erutum. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1578, 1594, in 8.

Comitis Montani Vicentini novi Medicorum Cenſoris, quinque librorum de Morbis nuper editorum Viva Anatome: in qua multa artis Medicæ capita accuratiſſime declarantur. Baſil. apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

De Cauſa Morborum Continente, tractatus. In quo integra, perfecta, & dilucida hujus quæſtionis, & ad eam pertinentium rerum explicatio continetur. Baſil. apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

De

De Occultis pharmacorum poteſtatibus: quid, & quotuplices eæ ſint: quibus in morbis, quomodo, quando, quem in curationibus uſum habeant. Acceſſit huic tractatui Diſputatio alia ejuſdem fere argumenti, de Medicamentorum Purgantium facultate, tribus abſoluta quæſtionibus, in qua tota prope horum pharmacorum natura declaratur. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1574, in 4. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8. lib. II & III Miſcellaneorum Henrici Smetii.

De Putredine liber. In quo ſunt, Diſputatio de Putredine; qua natura, differentiæ, & cauſæ putredinis, ex Ariſt. & ipſa rerum evidentia declarantur. II, Theſes de Putredine, eodem Præſide. III, Diſputatio de Febribus putridis: in qua tria de Febribus paradoxa L. Iouberti exquiuntur. Baſil. apud Leonardum Oſtenium, 1580, in 4.

Ad Archangeli Mercenarii diſputationem de Putredine Reſponſio. Adjecta eſt ea, cui reſpondetur, Diſſertatio, bona fide. Baſil. apud Conr. Waldkirchium, 1583, in 4.

Diſputationum & Epiſtolarum Medicinalium volumen doctiſſimum. Nunc recens in lucem editum, opera & ſtudio Theophili Maden Phil. ac Med. Doct. & Profeſſ. Tiguri, apud Ioan. Wolphium, 1595, in 4.

Diſputationum ſive Theſium ordo.

I. De Conſtitutione hyemis præteritæ anni MDLIX.
II. De Tumoribus præter naturam.
III. De Humoribus.
IV. De Saporibus.
V. An occultæ medicamentorum, in quo numero & cibos ponimus, poteſtates, methodo inveſtigari poſſint, vel per ſolam experientiam in ſubjectis rebus deprehendere & obſervare neceſſe habeamus.
VI. De Purgantibus medicamentis.
VII. De Dentibus.
VIII. De Renum calculis.
IX. De Febrium definitione.
X. De Revulſione.
XI. De Hydrope.
XII. De Natura, & cauſis Epilepſiæ.
XIII. De Contagio.
XIV. De Singultu.
XV. De Morbis totius ſubſtantiæ.
XVI. De Putredine.
XVII. De Melancholia.
XVIII. De Somno.
XIX. Vtrum Humores alii à ſanguine ſcilicet Pituita, Bilis flava & ſuccus Melancholicus, corporis integre ſani partes aliquas nutriant?
XX. De Pinguedinis in animalibus generatione & concretione. Seorſim quoque Heidelbergæ, apud Iac. Mylium, 1580, in 4.
XXI. De Convulſione.
XXII. De Amuletis.
XXIII. De Stupore, medicamentorumque ſtupefacientium natura & viribus.

Examen de Simplicibus quæ ad compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur. Vna cum Conradi Hoffmanni Analyſi ejuſdem compoſitionis, collatione facta cum Methodo Medendi, & Methodo componendi Medicamenta: qua oſtenditur ſummum artificium, quo Senior Andromachus in hac compoſitione omnium præſtantiſſima eſt uſus. Item Ioh. Baptiſtæ Silvatici Tractatus, de Compoſitione & Vſu Theriacæ Andromachi. Lugd. apud Commelinum, 1606, in 4. 1607, in 8.

Varia Opuſcula Medica, quæ cum ipſe ſtudioſis communicare ſtatuiſſet, morte præventus, in lucem edere non potuit. Collecta & edita à Iacobo Caſtelvitreo ſeniore. Francof. apud Ioannem Wechelum, 1590. in fol.

Index Titulorum totius Operis:

I. De Medicinæ laudibus Oratio.
II. Medicinæ methodus breviſſima.
III. Diſputatio de Saporibus, quatenus hi utiles ſunt ad perveſtigandas medicamentorum vires, in qua etiam aliæ quædam utiles ſcitu quæſtiones declarantur.
IV. Epiſtola de natura, & ortu Lapidis Sabuloſi, qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur, ac de uſu ejuſdem.
V. De Vapore diſputatio ad D. Matth. Stojum Medicum.
VI. Epiſtola de quibuſdam quæſtionibus ad curationem peſtilentiæ pertinentibus, ad Conr. Geſnerum Med. Tigurinum.
VII. Anatome librorum quinque Comitis Montani.
VIII. In aliquot primi libri Aphoriſmos prælectiones.
IX. In primum & ſecundum Hippocratis prognoſticum, prælectiones.
X. Expoſitio primi Aphoriſmi ſect. V, lib. VI Epidem. Hippocratis, Morborum naturæ medicatrices.
XI. Varia ad morbos varios conſilia.

Conſilia & Epiſtolæ quædam Medicæ, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

THOMAS FIENUS, *Antverpienſis*

De Formatrice Fœtus liber. In quo oſtenditur animam rationalem infundi tertia die. Antverpiæ, apud Guliel. à Tongris, 1620, in 8.

De formatione fœtus liber ſecundus, in quo prioris doctrina plenius examinatur & defenditur. Lovanii, apud Henr. Haſtenium, 1624, in 8.

Pro ſua de Animatione fœtus tertio die Opinione Apologia adverſus Ant. Ponte Sanctacruz olim Primarium Profeſſorem Valliſoletanum, nunc vero Regis Hiſpaniarum Medicum Cubicularium & Protomedicum generalem. Lovanii, apud Viduam Henrici Haſtenii, 1629, in 8.

De Viribus Imaginationis Tractatus. Lovanii, apud Gerardum Rivium, 1608, in 8. Lugd. Bat. apud Elzevirios, 1635, in 12.

De Cauteriis libri quinque. In quibus vires, materia, modus, locus, numerus, tempus ponendorum cauteriorum, ex veterum Græcorum, Arabum, Latinorum, nec non Neotericorum ſententia quam dilucide explicantur. Lovanii, apud Ioan. Bapt. Zangrium, 1598, in 8. Coloniæ, apud Hieratum, 1607, in 8.

Libri Chirurgici XII. De præcipuis Artis Chirurgicæ controverſiis. Opera poſthuma Hermanni Conringii cura nunc primum edita. Francof. apud Thom. Matthiam Gœſium, 1649, in 4.

Continentur hoc volumine ſequentes libri XII.

I. De Trepano, ſive Apertione cranii.
II. De Depoſitione Catarrhactæ.
III. De Depoſitione Vngulæ.
IV. De Laryngotomia, ſive ſectione Aſperæ arteriæ.

V. De

… De Paracentheſi Thoracis.	IX. De ſectione Calculi.
… De Paracentheſi Abdominis.	X. De ſectione Herniæ.
…II. De Arteriotomia, ſive ſectione arteriæ.	XI. De Amputatione membrorum externorum.
III. De Hyſterotomatocia, ſive ſectione Fœtus ex utero viventis matris.	XII. De Naſi amputati ex carne brachii reſtitutione.

THOMAS FORESTERIVS

Regimen pauperum contra peſtilentiam, fluxum ventris dyſenteri-cum, & tenaſmum. Rhotomagi, 1590, in 4.

THOMAS de GARBO, *Florentinus*, *filius* DINI de FLORENTIA, *Medicus acutiſſimus. Vixit ſub Henrico* VII. *Imperatore*, *A. C.* 1311. *ſecundum Trittemium*, *A. C.* 1340, *ſub Ludovico Bavaro. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Summa Medicinalis; cui accedunt tractatus duo: I, De reſtauratione humidi radicalis. II, De reductione medicinarum ad actum. Venetiis, 1521, in fol. Lugd. apud Iacobum Gjuntam, 1529, in fol.

Expoſitio ſuper Capitulo de Generatione embryonis III Canonis Fen XXV Avicennæ. Venet. apud Octav. Scotum, 1502, in fol. Cum Dini patris ſui & Iac. de Forlivio utriuſque ſuper eodem argumento Commentariis.

De Reductione medicamentorum ad actum, & de gradibus eorundem tractatus. Extat cum libellis de Doſibus. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioan. Mareſchallum, 1584, in 8.

Commentaria in Libros Galeni de Febrium differentiis, cum Textus Galeni, ſeu Commentariorum annotatione, ſecundùm Nicol. Leoniceni & antiquam traductionem. Pariſ. in 4. Lugduni, apud Simonem Vincentium, 1514, in 4.

THOMAS GEMINVS, *Lyſienſis*

Compendioſa totius Anatomiæ delineatio, ære exarata. Londini, apud Ioannem Herfordie, 1545, in fol.

THOMAS GJANNINIVS, *Ferrarienſis*

De ſubſtantia Cœli, & Stellarum efficientia diſputationes Ariſtotelicæ. In quibus non ſolum natura in Cœlis ſubjecta, Anima cœleſtis, & ſyderum vis conſideratur; verum etiam Aſtrologorum divinatio accuſatur; de motu Ignis in orbem, de Stellis recens in cœlo viſis, de occultis mixtorum proprietatibus, de anno Climacterico, & de numeris Pythagoricis diſſeritur & diſputatur; cauſæque inquiruntur dierum criticorum, æſtus marini, infelicitatis partus octimeſtris, & ſtigmatum quibus in utero fœtus obſignatur: atque de Dei intelligentia, de contingentia, & de eo quid Ariſtoteles ſenſerit, diſquiritur, atque enucleatur. Venet. apud Robertum Mejettum, 1618, in 4.

THOMAS GROSSIVS, *Sipontinus*

Lectiones de Febribus, in quibus præter hanc exactiſſimam Febrium doctrinam: infinita Problemata, plures etiam Hippocratis, Galeni, Avicennæ, & aliorum Autorum Controverſiæ explicantur, concilianturve. Acceſſit Quæſtio de Vino exhibendo in Febribus à principio, Venet. apud Io. Guerilium, 1627, in 4.

Quæſtio unica. An morbi, qui in Italia, & præſertim in Gallia Ciſalpina, hoc anno evagantur, ſub nomine Peſtis, an vero inter Febres Peſtilentiales connumerari debeant. Vbi de eſſentia, cauſis, ſignis, & differentiis Contagii; de præſervatione & curatione Peſtis, Febriſque peſtilentialis brevi, & exacta methodo multa præſcribuntur obſervanda à Principe, & à Privato in unaquaque Republica, antequam Peſtis, ſeu Febris peſtilentialis adveniat, tempore quo graſſatur, & poſtquam abierit, ne denuo recrudeſcat. Venet. apud Marcum Anton. Brogiollum, 1631, in 4.

Lectiones de Morbis Capitis, & Thoracis. In quibus infinita Problemata, plures etiam Hippocratis, Galeni, Avicennæ, & aliorum Auctorum controverſiæ explicantur, conciliantur ve. Acceſſit Quæſtio, an Vinum Nive refrigeratum propinari debeat. Ferrariæ, apud Franc. Succium, 1628, in 4.

De morbis ventris infimi. Venet. in 4.

De Natura, Differentiis, & Vſu ſex Rerum non-naturalium, corpora noſtra alterantium, quæ ſunt Aër, Cibus, & Potus, Motus & Quies, Somnus, & Vigilia, Repletio & Exinanitio, & Animi affectiones. Venetiis, apud Ioh. Guerilium, 1617, in 4.

THOMAS IOHNSONVS

Mercurius Botanicus. Sive Plantarum gratia ſuſcepti Itineris, anno MDCXXXIV, Deſcriptio. Cum earum nominibus Latinis & Anglicis. Huic acceſſit de Thermis Bathonicis tractatus. Londini, apud Thomam Cotes, 1634, in 8.

Mercurii Botanici pars altera, ſive plantarum gratia ſuſcepti itineris in Cambriam ſive Walliam deſcriptio, exhibens reliquarum ſtirpium noſtrarum, quæ in priori parte non enumerabantur, Catalogum. Londini, 1641, in 8.

THOMAS IORDANVS, *à Clauſoburgo*

Peſtis Phœnomena, ſeu de iis, quæ circa febrem peſtilentem apparent, Exercitatio. Accedit Bezoar Lapidis deſcriptio, & ejuſdem auctoris ad Laur. Iouberti Paradoxon VII, Decadis II, Reſponſio. Francof. apud Andr. Wechelum, 1576, in 8.

Reſponſio ad Laurentii Iouberti Medici Monſpeſſulani Paradoxum VII, Decadis II. Extat tomo II Operum ejuſdem Iouberti pag. 30 edit. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

Brunno Gallicus, ſeu Luis novæ in Moravia exortæ deſcriptio. Francof. apud Andr. Wechelum, 1577, in 8. Ibid. 1583, in 8.

De Aquis Medicatis Moraviæ Commentariolus. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1586, in 8.

Conſilia Medica, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

THOMAS LINACER, *Anglus. Medicinæ Profeſſor utraque lingua Oxoniæ & Cantabrigæ doctiſſimus, ſub Ludovico* XII. *Gallorum Rege. Obiit A. C.* 1524. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni lib. III. de Temperamentis interpretatus eſt, cum diligenti recognitione. Item, Ejuſdem, De Pulſuum Vſu. Item. Libros III. de Naturalibus facultatibus. Item. De Sanitate tuenda libros VI. Item,

De

De Symptomatum Differentiis; Eorum cauſis. De inæquali Intemperie, Libros XIV. Methodi medendi.

THOMAS LYDIAT

Prælectio Aſtronomica de natura & conditionibus cœli, Elementorumque. Ejusdem de origine fontium frigidorum & calidorum. De ortu & cauſis plerorumque omnium ſubterraneorum atque etiam æſtus & ſalſedinis maris nec non diluvii univerſalis. Londini, apud Ioannem Bill, 1605, in 8.

THOMAS MORESINVS, *Aberdonanus Scotus*

De Metallorum cauſis & tranſmutatione, contra Chymicos noſtri temporis, liber. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1593, in 8.

THOMAS MOVFETVS, *Londinas*

De jure & præſtantia Chymicorum medicamentorum Dialogus apologeticus. Francof. apud Wechelum, 1584, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1623, in 8, pag. 70.

Noſomantica Hippocratica, ſeu Hippocratis Prognoſtica cuncta, ex omnibus ipſius ſcriptis methodice digeſta, à mendis atque tautologia pene infinitis repurgata, & majore quam antea ſtudio, & ordine digeſta. Francofurti, apud Wecheli hæredes, 1588, in 8.

Inſectorum, ſive Minimorum Animalium Theatrum, olim ab Edoardo Wottono, Conrado Geſnero, Thomaque Pennio inchoatum: tandem Autoris opera ſumptibuſque maximis concinnatum, auctum, perfectum: & ad vivum expreſſis Iconibus ſupra quingentis illuſtratum. Londini, apud Thomam Cotes, 1634, in fol.

Epiſtolæ variæ Medicæ, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 529, & ſeqq. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 90.

THOMAS NORTON, *Anglus*

Crede mihi, ſeu Ordinale ante annos CXL ſcriptum, nunc ex Anglicano manuſcripto in Latinum tranſlato. Extat cum Tripode aureo à Michaële Májero edito Francof. apud Lucam Iennifium, 1618, in 4.

THOMAS PHILOLOGVS, *Ravennas*

De Vita hominis ultra centum viginti annos producenda, liber elegantiſſimus. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1560, in 4.

De Modo Collegiandi. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1565, 1574, in 4.

De Microcoſmi affectuum, maris, fœminæ, hermaphroditi, gallique miſeria. Venet. apud Petrum de Franciſciis, 1575, in 8.

De vita Venetorum commoda conſilium. Venet. 1558.

Malum Gallicum, Depilativam. Vnguitivam. Dentativam. Nodos. Vlcera. Vitia quæque, affectus, & rheumata, uſque ad contortos ſanans. Ligni Indici, aquæ, vini, ſublimati, Cynæ, Spartæ parillæ, Hyſan, Hetechen. Caravalgii altar. Mechoacan. Antimonii. Vnctionis. Ceroti. Suffumigii. Præcipitati. Seminis Indi, ac additorum Mundi novi, & reliquorum Modos omnes, & facultates explicat. Venet. 1538, in 4. 1545, in 8. apud Petrum de Franciſciis, 1575, in 8.

THOMAS RAWLIN

Admonitio Pſeudochymicis, ſeu Alphabetarium Philoſophicum quo D. Antonii Aurum potabile obiter refutatur, & genuina veri potabilis præparatio proponitur. Francof. apud Commelinum, 1611, in 8.

THOMAS REINESIVS, *Gothanus*

De vaſis umbilicalibus, eorumque ruptura obſervatio ſingularis, Lipſiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1624, in 4.

Chymiatria. Geræ Ruthenicæ, 1624, in 4.

Variarum lectionum libri tres priores. Altemburgi, 1640, in 4.

Defenſio variarum lectionum. Roſtochii, 1653. in 4.

THOMAS RICHTIVS

Philippi Gæringi Fontium acidorum Spadanorum, & Ferrati Tungrenſis deſcriptionem Gallicam, Latine expoſuit.

THOMAS RODERICVS à VEIGA, *Eborenſis Medicus. Inclaruit ſcriptis jam ſenior, A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia in Galeni libros edita, & commentariis in partes novem diſtinctis, expreſſa, quibus nodi difficultatum in Medicina frequentes ſolvuntur, claſſicorumque medicorum controverſiæ, veritatis lima expenduntur. Lugduni, apud Petrum Landry, 1594, in fol. Genevæ, apud Ioan. Lertout, 1586, in fol.

Librorum ſingulorum Galeni materia, toto hoc opere contenta:

In libros tres Artis Medicæ.
- I. De Finitionibus humanorum omnium affectuum.
- II. De Signis medicis.
- III. De Cauſis ſalubribus, inſalubribus, neutris.

In libros ſex de Locis affectis.
- I. Quomodo affectæ particulæ poſſint diſcerni.
- II. De generibus Dolorum.
- III. De Capitis affectibus.
- IV. De Faciei & Pectoris affectibus.
- V. De Cordis & Thoracis affectibus.
- VI. De poſtremis partibus affectis.

In libros duos de Febrium differentiis.
- I. De Febribus ſimplicibus omnibus.
- II. De ſolis humoralibus & putridis.

Seorſim extant:

Commentarii in libros Claudii Galeni duos, de Febrium differentiis. Conimbricæ, apud Ioannem Barrerium, 1578, in 4.

THOMAS SAGITTARIVS

Phyſicorum Ariſtotelico-Scaligereorum pars prior & poſterior. Ienæ, 1624, in 8.

THOMAS SOMMENTIVS, *Cremonenſis*

De morbis qui per finitimos populos adhuc graſſantur, & num ad peſtilentes referendi ſint, poſt prima reſponſa Mantua allata brevis Diſputatio. Cremonæ, apud Chriſtoph. Draconium, 1576, in 4.

THOMAS TIGEON, *Andegavenſis*

Antimæologicum, quo demonſtratur obſtetricibus non eſſe tantum fidendum de virginitate, aut defloratione mulieris adulteræ teſtimonium ferentibus. Lugd. apud Petrum Rouſſin, 1574. in 8.

THOMAS WARTHONVS, *Londinenſis*

Adenographia, ſive Glandularum totius corporis deſcriptio. Londini, apud I.G. 1656, in 8. Amſtelædami, apud Ioan. Ravenſtein, 1659, in 12.

THOMAS WILLIS, *Oxonienſis*

Diatribæ duæ Medico-Philoſophicæ. I, De Fermentatione, ſeu de motu inteſtino particularum, in quovis corpore. II, De Febribus, ſive, De motu earundem in Sanguine Animalium. Acceſſit Diſſertatio Epiſtolica de urinis. Hagæ-Comitis, apud Adrian. Vlacq, 1659, in 8. Londini, 1660, in 12.

TIBERIVS

De Mulomedicina capita aliquot, extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui editi ſunt Græce quidem Baſileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Pariſiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

TIMANNVS GESSELIVS, *Vltrajectinus*

Calculorum ingens multitudo. Veſicæ ſuperficies cruſta lapidea obducta. Calculus perforatus. Calculi admiranda magnitudo, Epiſtola. Extat cum Ioan. Beverovicii lib. de Calculo, Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

TIMOTHEVS BRIGTHVS, *Cantabrigienſis*

Hygieine, ſeu de Sanitate tuenda Medicinæ pars prima. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1588, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

Therapeutica, hoc eſt, de Sanitate reſtituenda Medicinæ pars altera. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1589, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

TIMOTHEVS WILLISIVS, *Londinas*

Propoſitiones tentationum ſive propædeumata de Vitis & fœcunditate compoſitorum naturalium: Quæ ſunt elementa Chymica. Animæ rationali ſane ſapienti, Genio lectoris dicta, dicata. Londini, apud Iohannem Legatt, 1615, in 12. Ibid. 1618, in 8.

TOBIAS ADAMI

Thomæ Campanellæ, de Senſu rerum recenſuit, & evulgavit.

TOBIAS ALDINVS, *Ceſenas*

Exactiſſima deſcriptio Rariorum quarundam Plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farneſiano. Romæ, apud Iacobum Maſcardi, 1625, in fol.

TOBIAS COBERVS

Obſervationum Caſtrenſium & Vngaricarum Decas prima. Auſtriaca. Francof. apud Palthenios, 1606, in 8.

Obſervationum Caſtrenſium & Vngaricarum, Decas ſecunda. Sileſiaca. Ibidem eodem anno, & forma.

TOBIAS DORNCREILIVS

Diſpenſatorium novum, continens deſcriptiones & uſum præcipuorum medicamentorum, ab eodem pro Senatus Lunæburgenſis officina ordinatorum, & felici cum ſucceſſu ægrotis propinatorum. Cui acceſſit propter materiæ cognationem ejuſdem auctoris Tractatus de Purgatione. Vlyſſeæ, 1600, in 4. Hamburgi, apud Frobenium, 1603, 1604, in 12. Lipſiæ, 1623, in 12. Ienæ, apud Chriſtianum à Saher, 1645, in 12. Huic

editioni acceſſit quoque Taxa medicamentorum omnium pene quotquot reperibilium atque in Officinis venalium.

Ioa. Stockeri Empiricam edidit.

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoriſtica. Erfurti, 1656, in 4.

De Purgatione Tractatus. Hamburgi, 1604, in 12.

TOBIAS KNOBLOCHIVS, *Marcobrettanus*

Diſputationes Anatomicæ, & Pſychologicæ, recens editæ, & plurimis in locis locupletatæ, figuris etiam variis & novis illuſtratæ, additis humani corporis affectibus præcipuis. Onoltzbachii, apud Paulum Helwigium, 1608, in 4. 1612, in 8. Lipſiæ, 1612, in 8.

De Cerebri Vulnere, & de Scirrho uteri in prægnante, Epiſtola, extat cum Greg. Horſtii Obſervat. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 495.

Hippocratis Coi Aphoriſmi Græco & Latino Sermone expreſſi, breviter & nervoſe ſecundum rationis & experientiæ ductum enodati. Noribergæ, apud Wolfgangum Enterum, 1641, in 8.

TOBIAS KOBERVS

De Lacte & Pultibus quibus infantes paſſim ſuſtentantur. Gorlicii, 1593, in 8.

TOBIAS LVDOVICVS KOHLHAAN

Literæ de Spiritu animali ad Ioannem Danielem Horſtium, 1658, in 8.

TOBIAS PIRIBACHIVS, *Viennenſis*

Conſultatio Medica de curando Melancholico. Extat Orationum Argentinenſium tomo I, pag. 516, edit. Argentorat. apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

TOBIAS ROELSIVS

De certis quibuſdam Plantis Epiſtola. Extat cum Caroli Cluſii Rariorum Plantarum Hiſtoria, Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol.

TOBIAS TANDLERVS

Diſſertationes Phyſicæ-Medicæ: I, De Spectris, quæ vigilantibus obveniunt. II, De Faſcino, & Incantatione. III, De Melancholia, & hujus amolitione. IV, De Melancholicorum vaticiniis, aliiſque mirandis operibus. V, De Noctiſurgio. Quibus acceſſerunt non minus deſideratæ D. Hieronymi Nymanni de Imaginatione, Oratio: & D. Martini Biermanni de Magicis actionibus ἐξέτασις. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1613, in 8.

TOBIAS WHITAKERVS

De Vvæ ſanguine, natura & uſu. Francofurti, apud Wolfgangum Hoffmannum, 1655, in 8. Hagæ Comitis eodem anno & forma.

TOLETANVS

Roſarium Philoſophorum ex compilatione omnium Philoſophicorum librorum. Extat Volumine tertio Theatri Chemici, & cum Tractatibus ſeptem de Lapide Philoſophico à Iuſto à Balbiam editis Lugduni Batavor. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8.

TRIGASSVS CERASARIENSIS, *Mantuanus*

Enarratio principiorum Chiromantiæ. Ex qua facilime patere poſ-

ſunt

ſunt omnes ſignificationes quorumcunque Signorum Chiromanticorum. Ejuſdem Opus Chiromanticum abſolutiſſimum. Item Chiromantia incerti Autoris. Opera Balduini Ronſſei Gandavenſis in lucem edita, cum ejuſdem in Chiramanticen brevi Iſagoge. Norjbergæ, apud Ioan. Montanum, & Vlricum Neuberum, 1560, in 4.

TROTVLA, *quæ &* EROTIS

Curandarum ægritudinum Muliebrium ante, in & poſt Partum liber unicus, nuſquam antea editus, quo fœminei ſexus accidentes morbi & paſſiones, infantum & puerorum à partu cura, nutricis delectus, ac reliqua iiſce adnata, diſpoſitiones utrique ſexui contingentes, experimenta denique variarum ægritudinum, cum quibuſdam medicamentis decorationi corporis inſervientia, edocentur. Extat cum Medicis Antiquis Latinis, Venetiis, apud Aldi Filios, 1547, in fol. pag. 71.

TVRA de CASTELLO, *Bononienſis*

Recepta Aquæ Balnei de Porrecta. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 46. & Venetiis, apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. cum Chirurgia Guidonis, Bruni, Rolandi, &c.

TVRRISANVS de TVRRISANIS, *alias* DRVSIANVS *Florentinus, Plus-quam-Commentator dictus propter ſubtilitates & argutias. Auditor & Diſcipulus Thaddæi, Claruit ſecundum Trittemium A. C.* 1300. *Gaſſarum vero, A. C.* 1343. *Obiit Bononiæ octogenarius. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Pluſquam-Commentum in Parvam Galeni Artem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1504, in fol. apud Iuntas, 1543, 1557, in fol. cum duplici textus interpretatione, antiqua ſcilicet & Leoniceni, & ejuſdem libello de Hypoſtaſi, Opus utile, quod olim Iul. Martianus Rota pluribus auxit & emendavit: nunc vero additis quibuſdam ad eandem rem pertinentibus recognitum, atque aptius exornatum. Ea autem ſunt: Hali, qui eandem Galeni Artem primus expoſuit. Ioannitii ad eandem Introductio, Gentilis, qui primum ejuſdem Artis librum partim explicando, partim dubitando declaravit. Nicolai Leoniceni quæſtio de tribus doctrinis, in capita diviſa. Turiſani in Artem parvam Expoſitio Mss. extat in noſtra Bibliotheca.

TVSSANVS DVCRETVS, *Cabilunenſis*

De Arthritide vera aſſertio, ejuſque curandæ methodus, adverſus Paracelſiſtas. Lugduni, apud Barth. Vincentium, 1575, in 8.

Commentarii duo: unus, de Febrium cognoſcendarum & curandarum ratione: alter, de earundem Criſibus. Lauſannæ, apud Franc. le Preux, 1578, in 8.

V.

VALENTINVS de ANDOSILLA

De Peſte. Pamplonæ.

VALENTINVS ANDREAS MÖLLENBROCK

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoriſtica, ex monumentis excellentiſſimorum medicorum extracta. Erffurti, typis Armſtadio-Smilianis, 1656, in 4.

VALEN-

VALENTINVS CARCHESIVS

Epiſtola unica. Extat in ciſta Medica Ioannis Hornungi.

VALENTINVS EMERICVS, *Cervimontanus*

De Hernia Diſputatio. Extat Decade IV Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

VALENTINVS ESPICH

De Errore externo Oratio & Quæſtio, addita Diſputatione de Melancholia cum gradus Doctoris aſſignaretur Ioſepho Stubendorff. Witebergæ, apud Zachariam Lehmannum, 1591, in 4.

VALENTINVS IVNIOR

Obſervatio admiranda de ejectione membranarum ſanguinolentarum per ſeceſſum, formam Viperæ referentium. Venetiis, 1621, in 8.

VALENTINVS LVBLINVS, *Polonus*

Ioan. Baptiſtæ Montani varia Opuſcula collegit. Vid. Autorem.

VALENTINVS POLIDAMVS, *Claruit circa A. C. 1526. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Libri aliquot de Re medica. Nempe, de Pulſibus, cum propriis, & dilucidis interpretationibus, lib. I. De Vrinis, lib. II. De Capitis dolore, cum experimentis & adhortationibus ad ægrum. Medicinæ Encomium. Epiſtolarum libellus. Baſileæ, apud Robertum Winter, 1540, in 8.

VALENTINVS RYLANDVS, *Suevo-Lavinganus*

De Cancro graviſſimo Linguæ Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8. pag. 349.

De Procreatione Hominis & Procreantis matris purgatione, Diſputatio. Extat Decade I Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1618, in 4.

VALENTINVS VALENTINIVS

Apologia, ſuam Pilularum compoſitionem bonam eſſe. Anconæ, 1589, in 4.

VALERIANVS CENTANNIO, *Vicentinus*

Galeni, de Parvæ Pilæ exercitio interpretatus eſt.

VALERIVS BALDVTIVS, *Mondulſenſis*

Tumorum omnium præternaturalium curandorum Methodus; nec non Febrium putridarum curandarum ratio, in quatuor diſtincta libros. Venetiis, apud Thom. Balionum, 1612, in 4.

De Putredine libri duo. Vrbini, apud Raguſios, 1608, in 4.

VALERIVS CHARSTADIVS, *Stetinenſis Pomeranus*

Diſputationes Medicæ tredecim, in auguſtiſſima & perinclyta Argentoratenſium Vniverſitate, conſenſu ampliſſimæ facultatis Medicæ propoſitæ. Argentorati, apud Ioſephum Rihelium, 1626, in 4. Ibidem, 1634, in 12.

Synopſis univerſæ Medicinæ dogmaticæ brevi & perſpicua methodo in duodecim diſputationibus adumbrata. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1634, in 12.

VALERIVS CORDVS, *Simeſuſius, Filius Euricii Cordi. Doctiſſimus Iuvenis in re Medica, & Simplicium Medicamentorum & Herbarum hactenus ignotarum*

rstarum unicu: Reparator & Explorator, noſtra memoriâ. Immatura morte extin-ctus eſt Romæ A. C. 1544, *ætatis* 29. *d.* 25 *Septemb. Juſtus in Chronol. Medic.*

Annotationes in Pedacii Dioſcoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque. Hiſtoriæ ſtirpium libri quatuor poſthumi, nunc primum in lucem editi, adjectis etiam ſtirpium iconibus, & breviſſimis Annotatiunculis. Sylva, qua rerum foſſilium in Germania plurimarum, Metallorum, Lapidum, & ſtirpium aliquot rariorum notitiam breviſſime perſequitur, nunquam hactenus viſa. De Artificioſis extractionibus liber. Compoſitiones medicinales aliquot non vulgares. His accedunt, Stochornii & Neſſi in Bernatium Helvetiorum ditione montium, & naſcentium in eis ſtirpium deſcriptio Benedicti Aretii. Item, Conradi Geſneri de Hortis Germaniæ liber recens, una cum deſcriptione Tulipæ Turcarum, Chamæceraſi montani, Chamæmeſpili, Chamænerii, Conizoidis. Omnia ſtudio Conradi Geſneri collecta, & præfationibus illuſtrata. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1561, in fol.

Diſpenſatorium Pharmacorum omnium, quæ in uſu potiſſimum ſunt. Ex optimis Auctoribus, tam recentibus, quam veteribus, collectum, ac Scholiis utilibus illuſtratum, in quibus imprimis ſimplicia diligenter explicantur. Norimbergæ, apud Ioa. Petrejum, 1535, in 8. Pariſiis, apud Jac. Gazellum, 1548, in 12. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1568, in 16. Cum Petri Coudenbergii Scholiis & correctionibus. Norimbergæ, apud Lochnerum, 1592, in fol. apud Paulum Kaufmannum, 1598, 1612, in fol. Opera & ſtudio Collegii Medici inclytæ Reipubl. Noribergenſis, emendatius, ac ſelectis compoſitionibus auctius publicatum. Lugduni Batav. apud Ioan. Maire, 1627, in 12. cum Petri Coudenbergii & Matthioli & Lobelii Scholiis, emendationibus, & auctariis. Acceſſit hac editione, præter Guiliel. Rondeletii de Theriaca tractatum emendatiorem; & formulas ſelectiorum pharmacorum, quorum poſt Val. Cordum uſus paſſim receptus eſt, auctiores; alius Franciſci Diſſaldei ejuſdem argumenti libellus.

De Haloſantho, ſeu Spermate ceti vulgo dicto, liber. Extat cum Opere de Omnium foſſilium genere, à Conr. Geſnero edito Tiguri, apud Iacobum Geſnerum, 1565, in 8.

Epiſtola ad Andr. Aurifabrum de Trochiſcorum Viperinorum adulteratione. Extat eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 534.

Stirpium deſcriptionis liber quintus, quas in Italia ſibi viſas deſcribit, in præcedentibus vel omnino intactas vel parcius deſcriptas, à morte præventus perficere non potuit. Argentorati, 1563, in fol.

VALERIVS MARTINIVS, *Venetus*

Totius Medicinæ practicæ exactiſſima collectio. In qua tria inſunt promptuaria, nempe Promptuarium cujuſlibet eductionis ſanguinis recte agendæ. Promptuarium ſingulæ vacuationis cacochymicæ recte adminiſtrandæ. Promptuarium cujuſque cruditatis recte dignoſcendæ, recteque curandæ. Ad quæ accedit Certitudinis Medicinæ curioſa & accurata conſtitutio. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Combum, 1628, in fol.

Praxeos Medicæ Laconiſmi, quibus Enchiridion & Opuſcula inſunt. Ibid. 1636, in 4.

Enchi-

Enchiridion in quo de univerſa Febrium, earumque Symptomatum natura, cognitione, exactaque curatione agitur. Quod in duas dividitur partes, cum multarum difficilium quæſtionum enodatione pluriumque curationum affectuum valde exitialium, ægrotantium ſalute, adhibitarum, exhibitione. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Opuſcula, in quibus de Veſicantium, Sinapiſmorum, Cucurbitularum ſiccarum, Ligaturæ dolorificæ, Frictionum, Lotionumque crurum ac pedum recta adminiſtratione. Ac de Aſthmate, & Orthopnœa, Pleuritidi legitimæ lethali ſupervenienti, admiſta, recte curanda. Atque de Definitionis Veneni Peſtilentis, jam ſtatutæ, faciliori dilucidatione accurate agitur. Venetiis, apud M. Ant. Brogiollum, 1636, in 4.

Subtilitatum veriloquia, in quibus proprietatum totius ſubſtantiæ, quæ occultæ ſpecificæque ſunt, patefactio promulgatur. Itidem de Colore, luce, lumine, perſpicuo, tranſpicuo, opaco, ac de aliis vi[illegible] inſervientibus accurate agitur. Ad quæ Epiſtola de monſtri generatione accedit. Venetiis, apud Ducalem Pinellianum, 1638, in fol.

Magia Phyſica fœcunda cœleſti divinoque cultu perfuſa, trium novisſimarum totius ſubſtantiæ ſapientiarum, ſimulque claves recond[illegible] mæ adytorum naturæ omnium proprietatum divinarumque forma[illegible] hucuſque occultarum. Opus cunctis ſtudioſis curioſiſſimum, utiliſſimumque, in quatuor libros diſtinctum. In quibus de tota ſubſtantia, ac de ini[illegible]bus ejus noviſſimis ſapientiis accuratiſſime agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1639, in 4.

Ejuſdem, Magiæ Phyſicæ fœcundæ pars II & III. Venetiis, 1641. in 4.

De Veneno peſtilenti, ac de peſtilentia accurata, curioſa & utiliſſima tractatio unico libro abſoluta & illuſtrata. Præterea affectionum valde malignarum venturamque peſtem præcedentium ac prædicentium natura undique perpenditur. Venetiis, apud Iacobum Sarcinam, 1633, in 4.

VALERIVS de VALERIIS, *Venetus*

Aureum opus. in quo omnia ea breviter explicantur, quæ ſcientiarum omnium parens Raymundus Lullius, tam in ſcientiarum Arbore, quam Arte generali tradit. Auguſtæ Vindelic. apud Mich. Manger, 1589, in 4.

VALESCVS de TARANTA, *Monſpelienſis, Protomedicus Regis Franc. Caroli VI, ſub quo claruit, & Sigiſmundo Cæſare atque Martino V Papa. A. C. 1417. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit circa A. C. 1380.*

Philonium Pharmaceuticum & Cheirurgicum de medendis omnibus, cum internis, tum externis humani corporis affectibus, ante CXXC annos concinnatum: nunc vero poſt Guidonis Deſiderii editionem, locis infinitis emendatum, varie auctum, notiſque illuſtratum, opera & ſtudio Ioannis Hartmanni Beyeri. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1521, & 1523, in fol. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1599, in 4. Lugduni, 1500, in 4. apud Alemannum Trechſel, 1490, in fol. & apud Jac. Myt, 1526, in 8.

Medicinalium obſervationum exempla rara cum Annotationibus Dodonæi. Extant cum ejuſdem Dodonæi obſervationibus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8, pag. 289. Hardervici, 1621, in 8.

VARRO

De Re ruſtica fragmenta aliquot, extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

VDALRICVS BINDER, *Germanus*

Epiphaniæ Medicorum. Speculum videndi urinas hominum. Clavis aperiendi portas pulſuum. Berillus diſcernendi cauſas & differentias febrium. Excuſæ, 1506, in 4.

Regimen Sanitatis, ſive Compendium tuendæ valetudinis, lib. duobus. Speculi phlebotomiæ, liber unus. De Simplicibus medicamentis lib. unus. Conjunctim 1510, in parvo fol.

VDALRICVS LEONORVS

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, qua quæritur an Syrupi alvum dejicientes recte ſecureque dari poſſunt pluribus continuis diebus, in diuturnis præſertim morbis. Extat lib. III Epiſtol. Matth. pag. 366.

VEGETIVS RENATVS

Artis Veterinariæ, ſive Mulomedicinæ libri quatuor. Baſileæ, apud Ioan. Febrium, 1528, in 4: 1574, in 4. reſtituti Ioannis Sambuci opera.

VENCESLAVS LAVINIVS, *Moravus*

